

Platonis
opera
omnia

1.

1.

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT

ET COMMENTARIIS INSTRUXIT
GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. I. SECT. I.

CONTINENS

APOLOGIAM ET CRITONEM.

EDITIO QUARTA
ALIQUANTO AUCTIONE ET EMENDATIONE.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

^{IV 46}
BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XI. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS DIALOGOS SELECTOS

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO QUARTA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.
SUMPTIBUS HENNINGS.
(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

Cra. 21. 7.
UNIVERSAL BIBLIOTHEK
PRESTANT

PLATONIS

APOLOGIA ET CRITO

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO QUARTA

SUPERIORIBUS ALIQUANTO AUCTION ET EMENDATIOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVIII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI DAV. NUTT. 270. STRAND.)

DISPUTATIO
DE
PLATONIS VITA, INGENIO ET SCRIPTIS.

Platonis *) scripta quoniam nemo recte vel intelligere vel explicare potest, nisi qui viri vitam, indolem atque doctrinam cognitam habeat, operae pretium visum est pauca de eius vita, ingenio atque scriptis praefari, et quae ad eius libros recte intelligendos necessaria sunt iis, qui nondum contraxerunt cum eo familiaritatem et consuetudinem, breviter explicare. Quum enim latissime pateat huius disputationis argumentum, in quo tractando nostra imprimis aetate versati sunt viri doctrina et eruditione clarissimi, Tennemannus, Schleiermacherus, Astius, Socherus, alii **); ex infinito paene rerum numero

*) Reddimus nunc quoque hanc disputationem nostram omnino talem, qualem in prima horum librorum editione a. MDCCCXXVII. h. e. ante hos triginta fere annos, in lucem emisimus. Neque enim causam reperimus, cur multa in ea mutaremus, et profecti ab ea sunt non pauci eorum, qui postea de his rebus quaerere instituerunt subtilius et copiosius, in quorum numero imprimis habendus est etiam Car. Fr. Hermannus.

**) V. Tennemann System der Platonischen Philosophie. Erster Band. Leipz. 1792. Schleiermacher Platons Werke, ersten Theiles erster Band. Einleitung. Ast Platons Leben und Schriften. Leipz. 1816. Socher über Platons Leben und Schriften. München 1820. [Ad hos nuper praeter alios accesserunt: Car. Fr. Hermann: Geschichte u. System d. Platon. Philosophie. Erster Theil, die historisch-kritische Grundlegung enthaltend. Heidelberg 1839. 8. Franc.

summas et quasi capita decerpere conabimur, atque exponere ea, quae huius libri consilio accommodata videantur: quae longiorem et subtiliorem requirunt disputationem aut multis adhuc obnoxia sunt dubitationibus, ea vel silentio transmittemus, vel leviter quasi attingemus, vel, si res ita ferat, in praefationibus, quas singulis libris praemittere placuit, illustrabimus.

Natus est Plato Athenis nobili genere, ex Corsinii ratione, quae si non vera, certe vero proxima esse videtur, Olympiad. LXXXVII. 3. vel 4., h. e. a. 429 a. Chr. n. *). Parentes habuit Aristonem et Perictionem, de quibus nihil fere memoriae traditum est, et quum nomen Aristoclis, avi sui, accepisset, postea a Socrate propter humerorum aut frontis latitudinem Plato appellatus esse dicitur. Quemadmodum autem natura eum praeclaris ingenii animique dotibus, imprimisque acerrimo veri, boni et honesti sensu ornaverant, ita fortuna eum adiuvit, ut acceptas a natura dotes doctrinarum artiumque ope erudiret et excoletet. Imbutus est enim iis artibus omnibus, quibus iuvenes Athenienses, ingenuis parentibus nati, erudiri solebant, idque eo tempore, quo flos artium ac disciplinarum in civitate Athenarum ad summam paene maturitatem pervenerat. Devictis enim terra marique hostibus exteris et universae Graeciae libertate vindicata, Athenienses, rerum bellicarum tanquam satietate capti, pacis artibus tanto studio operam navare coeperant, ut eorum urbs sedes quasi ac domicilium doctrinarum liberalium haberetur. Tum praeclari exstiterunt historiarum scriptores, Thucydides et Xenophon, qui Platoni fere aequales fuerunt; tum in scenam prodierunt Sophocles atque Euripides, et in diverso genere Aristophanes et Menander, qui ceteris poetis paene omnibus palmam praeripuerunt; tum eloquentia ita coli tractarique coepta est, ut

Susemihl. Genet. Entwickel. der Plat. Philos. Vol. I. Lips. 1855. 8 mai. Car. Steinhart. in Praef. ad Mülleri Interpret. Platon. Germ. alii.]

*) Aliorum opiniones recensuit Astius p. 14 sq. Et v. ipsum Corsinium disput. de natali die Platonis. eius aetate et itineribus in Ital. in Gorii Symbol. Litterar. T. VI. p. 83 sqq. Corsinio assentitur Clinton. Fast. Hellen. p. 66 ed Krüg.

qui plurimum ea valerent, ii facile summam in civitate auctoritatem consequerentur; tum philosophia a Socrate ab inanum rerum quaestionibus avocata et ad explorandam hominum vitam moresque emendandos traducta est; tum denique literae ac disciplinae omnes ita florere, ut eas non iniuria eodem tempore et natas et prope perfectas esse dixeris. Itaque mirandum non est, quod Plato, quum insigni quadam naturae bonitate excelleret, in omnibus illis artibus, quibus aetas puerilis erudiri solebat, plurimum profecisse adeoque aequalium admirationem propter raritatem earum scientiam mature excitasse narratur. De qua re quae posteritatis memoriae prodita sunt, quia narrare longum est et a nostro instituto alienum, silentio praeterimus *). Verum ille quum in omnibus artibus praeclaros fecerit progressus, tamen pro eo, quo natura ipsum ornaverant, pulcri venustique sensu et amore mature delatus est imprimis ad poesis studium. Itaque non solum poetas diligenter lectitavit, sed etiam ipse mox carminibus pangendis operam dedit. Narrant enim eum praeter alia composuisse carmen epicum, quo laudes Homeri aemulatus sit, atque tetralogiam fabularum, quam cum aliis poetis de praemio certaturus in scenam producere sibi proposuerit **). Ex qua una re intelligitur, quanto studio deditus poesi fuerit, ipsa nimirum natura duce et magistra. Sed quod saepenumero accidit, ut praeclara ingenia casu aliquo repente abducantur ab earum rerum studio, quas summa animi cupiditate amplexa sunt, idem etiam Platoni accidisse constat, qui casu dicam an divina aliqua providentia a poesis amore ad philosophiae studium traductus est. Hic enim quum iam id ageret, ut quas composuisset fabulas in scenam introduceret atque de praemio certaminis cum aliis poetis contenderet, Socrates, qui iuvenis praeclaram indolem iam antea cognovisset, ad eum accessit, omnique gloriae cupiditate ex eius mente expulsa tanto verae laudis studio eius animum

*) V. Diog. Laert. III. 4. ibique Menag. p. 137.

**) V. Aelian. V. H. II. 30. Diog. Laert. II. 30. ibique Menag. Has narrationes quod Astius pro fabulis habendas censuit p. 18., equidem iis puto aliquid certe veri subesse, ut non temere reiiciendae videantur.

inflammavit, ut ille abiecto pristino consilio suo sese totum dederet philosophiae *). Erat autem Plato tum iuvenis viginti fere annorum; ut, si dehinc mentem prorsus ad sapientiae studium applicaret, optima quaeque de eo sperari possent. Cui quidem expectationi tam cumulate satisfecit, ut eam etiam superasse videatur. Quum enim Socrati se dedisset, non solum ceteros Socraticos ingenio atque doctrina vicit, verum etiam sapientiae disciplinam ab eo traditam confirmavit, auxit, illustravit. Quanquam non existimandum est Platonem, priusquam ad philosophiae studium a Socrate converteretur, illius plane ignarum aut expertem fuisse. Quippe ingenium ad optima quaeque proclive eum impulerat etiam antea, ut quae philosophi docuissent, perscrutaretur subtilius atque diligenter cognosceret **). Sed quem tum oppresse- rat et cohibuerat sapientiae amorem iuvenilis ingenii fervor, quod maxime ad gloriae ferebatur cupiditatem, eum Socrates postea non solum suscitavit et elicit, verum etiam ita incendit atque inflammavit, ut nunquam postea exstingueretur adeoque pristinum carmina componendi studium prorsus aboleret. Videtur autem Plato, priusquam Socraticam amplecteretur rationem, pro more illorum temporum sophistas audivisse, qui sese et eloquentiae et philosophiae magistros profitebantur. Itaque ut erat iuvenis acerrimo ingenio praeditus ac singulari trahebatur veritatis studio, Cratylo duce, qui Heracliti decreta probabat, accessit primum ad illam philosophiae partem, quae in rerum natura investiganda et exploranda versatur ***). Verum obscura illa et incerta philosophandi ratio, qua usus erat Heraclitus, quamvis placeret multis, tamen Platoni probari non potuit. Qui quum scientiae firmitatem et constantiam quaereret eam, quae omnem

*) V. Diog. Laert. III. 5. coll. Astio I. c. p. 21., qui etiam haec vocavit in dubitationem.

***) V. Phaedon. p. 96. A.

***) V. Aristotel. Metaphys. I. 6. Apulei. de habitud. 2. Diog. Laert. III. 6. Olympiodor. Vita Platon. p. 76. coll. Tennem. I. c. p. 10 sq. Ast. p. 19 sq. Pertinet huc locus Phaedon. p. 96. A., ubi quae Plato Socratem fecit narrantem, ea quin de ipso Platone intelligenda sint, nobis quidem non est dubium.

opinionis fluctuationem ac dubitationem excluderet, non putavit in ea doctrina acquiescendum esse, quae omnia perpetua ferri agitatione statueret *) adeoque scientiae veritatem efficere nullam videretur. Itaque ad Eleaticorum et ceterorum Ionicorum philosophiam cognoscendam animum appulit, si forte ex ea percipere posset quod apud Heracliti amicos frustra quaesivisset **). Quanquam quo tempore hoc fecerit, incertum est. Alii enim eum putarunt, priusquam rationem Socraticam percepisset, Eleaticorum atque Ionicorum placita cognovisse; alii censuerunt eum postea demum ad illos esse traductum. De qua re, si quid ex ipsa Platonis disciplina colligere licet, nobis quidem sic videtur statuendum esse, ut eum iam mature et fortasse eo ipso tempore, quo Socratem consecrari coeperit, ad illorum rationem cognoscendam se dedisse putemus. Certe quidem idearum doctrinam, ad quam gravissimas doctrinae suae partes, adeoque ea, quae a Socrate accepit, referenda iudicavit et re vera retulit, non potuit prius excogitare et perficere, quam Eleaticorum decreta cognovisset. Itaque verisimile est eum repudiatis Heracliti opinionibus continuo se contulisse ad Eleaticorum et Ionicorum doctrinam accuratius cognoscendam ***). Habuit autem utraque illa familia viros sapientiae laude ea aetate florentissimos: altera Parmenidem, altera Anaxagoram Clazomenium, quorum nomen si non aliunde innotuisset, certe ipsius Platonis scriptis satis esset nobilitatum ad posteritatis memoriam. Et Parmenides quidem, qui acceptam a Xenophane magistro doctrinam amplificaverat atque emendaverat, duplicem esse docuit cognitionem: alteram, quae e rebus sub sensus cadentibus hauriretur, et quae nihil haberet nisi quandam opinionis probabilitatem; alte-

*) V. Phaedon. p. 96. C. Theaet. p. 149. E. Cratyl. p. 402. A.

***) V. Diog. Laert. III. 6. et auctor. incert. vit. Platon. in Heerenii Biblioth. vett. artium et disciplin. Vol. V. p. 13., quorum alter Hermogenem, alter Hermippum narrat eius magistrum fuisse in philosophia Eleatica. Quod licet fide indignum esse suspicatus sit Aslius p. 20., tamen Platonem mature cognovisse dogmata Eleatica verisimillimum, imo certum putamus.

***) V. Theaet. p. 183. E. Parmenid. p. 127. Phaedon. I. c.

ram, quae sola coniuncta esset cum veritate, quaeque unum esse omnia doceret, neque quidquam praeter illud habere *ὄντας* *). Quae quidem sententia, Heracliti sententiae plane contraria, mirum est quantopere Platoni placuerit; qui cum scientiae firmitatem etiam tum frustra quaesivisset, certe ea cognita sibi videbatur reperisse quasi fundamentum quoddam, cui firmior certiorque doctrina superstrueretur. Itaque discrimen illud cognitionis, quod Parmenides statuendum iudicaverat, ita amplexus est, ut id semper inde ab hoc tempore retinuerit atque veritatem in rebus adspectabilibus inesse constanter negaverit. At enim vero etiamsi Plato Parmenidis sapientiam maxime admiratus sit adeoque vehementer probaverit, tamen pro eo, quo pollebat, veritatis amore atque sensu illius doctrina non acquievit, ut quem videret veritatis cognitionem intra nimis angustos fines cohibere adeoque propemodum totam tollere. Quippe hic praeter illud unum, quod omnem complecteretur *ὄντας*, quidquam habere veritatem prorsus negabat. Ita factum est, ut Plato postea magistri, quanquam eum faciebat plurimi, sententiam de *ὄντι* s. essentia — licebit enim ita dicere — oppugnaret adeoque studiose refutaret **).

Eleaticorum vero doctrinam quum non sine magna spe veri investigandi et reperiendi cognovisset, effectum est, ut studium philosophiae, quo animus eius exarserat, mirifice cresceret. Itaque quum aliorum sapientiam perscrutari studuit, tum imprimis appulit animum ad Anaxagorae doctrinam. Qui quum doceret omnia a mente (*νῶ*) esse ordinata atque ab eadem sapientissime gubernari et administrari **), certissime sperabat fore, ut ex illius libris rerum omnium causas cognosceret. Sed quam de eo spem animo conceperat, ea mox, quum legisset Anaxagorae librum, vanam et inanem esse perspexit. Nam ille in explicanda ratione sua atque confirmanda tantum abfuit ut rerum causas a mente repeteret, ut aëri, aquae, terrae, denique rebus ipsis, quarum causae investi-

*) V. Sophist. p. 237. A. sqq. p. 258. D. Theaet. p. 180. E. al.

**) Parmenid. et Sophist. p. 241. D. sqq. p. 558. D. al.

**) Phaedon. p. 92. Phileb. p. 28. C. Phaedr. p. 270. A. al.

gandae essent, plurimum tribueret, mentem illam, quam rerum universitati praefecisset, nihil propemodum curaret *). Itaque quum neque in eorum philosophorum, quos diximus, doctrina reperisset quod satis certum firmumque videretur, neque aliorum opiniones, quas iam mature videtur attigisse, probari recte posse iudicaret; ipse aliam ingressus est viam, quae ad certiore[m] veri cognitionem ducere videretur. Etenim quum in iis rebus, quae sensibus percipiuntur, veritatem frustra quaeri sibi persuasisset, altius mente quasi evolavit atque idearum doctrinam excogitavit, qua stabiliretur et confirmaretur non solum ea philosophiae pars, quae rerum contemplatione continetur, sed etiam altera, quae est de moribus atque in actione versatur. Ad hanc autem philosophiae partem, quae est de vita et moribus, ut praecipue animum attenderet, effecit Socratis consuetudo et familiaritas, in quam eum anno aetatis circiter vigesimo pervenisse modo narravimus. Constat autem inter omnes, Socratem primum sapientiam ad vitam moresque hominum considerandos revocasse et adhibuisse, ita ut quae virtuti aut nihil utilitatis afferrent aut obesse et nocere viderentur, ea oppugnaret, refutaret, contemneret. Itaque ille non solum curiosas disputationes eorum, qui de rerum natura quaesivissent, parvi aestimavit adeoque negligendas iudicavit, sed etiam absurdas sophistarum opiniones, quibus omnem virtutis ac sapientiae rationem everti videret **), tam doctrina et institutione quam suo ipsius exemplo studiose coarguit. Quod qua ratione fecerit, quum plurimis aliis veterum scriptorum testimoniis constat, tum e Xenophontis et Platonis sermonibus cognosci facile potest. Neque enim id egit, ut praecepta vitae recte ac sapienter instituendae in disciplinae formam redigeret, aut quibus ea causis et rationibus niterentur, subtili argumentatione ostenderet; sed quavis opportunitate usus de singulis rebus, quae ad bene beateque vivendum valerent, notionibus earum investigandis sermones instituit, omnia vero

*) Phaedon. p. 98. B. sq. Tim. p. 46. D.

**) De sophistis v. scriptores historiae philosophiae. Neque enim de iis dicendi hic locus est.

ad boni honestique sensum, quem omnibus natura inesse arbitrabatur, retulit tanquam ad verissimum certissimumque iudicem. Iam quum disciplina eius vel referretur ad refellendos sophistas, vel spectaret eo, ut aequalium animi verae sapientiae et virtutis cognitione imbuerentur, in disputando cum ironia utebatur, quippe quae plurimum valeret ad ridendas sophistarum fraudulentas artes, tum obstetriciam illam artem adhibebat, cuius ope, suae ipse sapientiae dissimulator prudentissimus, ex animis eorum, quibuscum disserebat, notiones, quae antea quasi involutae iacuissent, ita eliciebat, ut quae illi dicebant, ipsi reperisse, non a Socrate didicisse viderentur. Effecit autem et praeceptorum veritas ac praestantia, et disserendi ratio prorsus admirabilis, ut eius laudes a civibus suis mirifice celebrarentur ipsiusque consuetudo ab adolescentibus sapientiae studiosis cupide appeteretur. Et quemadmodum vis veritatis, cuius fuit amantissimus, multum valuit ad aequalium studia excitanda et commovenda, ita etiam maxima fuit virtutis, cuius quasi exemplar quoddam in eo expressum cernebatur, efficacia ad hominum animos. Nam ea erat viri probitas, ea innocentia, ea sanctitas, ut omnibus, quorum animi non essent praeiudicatis opinionibus occupati, clarissime apparere deberet, quantum eius sapientia superaret virtutem sophistarum, qui omnia ad inanem quandam referebant sapientiae speciem et sola lucrandi cupiditate ducti docendi artem profitebantur. Itaque facile potest existimari huius viri summa admiratione et studio inflammatum esse generosum Platonis animum, qui quum magnarum excelsarumque rerum cogitationi semper infixus esset et naturae beneficio polleret acerrimo veri bonique sensu, non poterat non sentire quum doctrinae, quam Socrates tradebat, veritatem atque dignitatem, tum rationis, quam ille in docendo sequebatur, vim et efficaciam ad coarguendos hominum errores et inveniendam veritatis rationem. Itaque adolescens totum se Socrati dedit eumque non solum illo tempore, quo eius disciplina utebatur, sed etiam postea tanta coluit pietate, ut non modo in scriptis suis retinuerit Socraticam disserendi rationem, quanquam eam perfecit magis et ad artis normam excoluit, verum etiam Socratem ipsum tanquam

perfecti sapientis imaginem in sermonibus suis introduxerit atque dicentem fecerit ea, quae ipse divino ingenio suo excogitasset. De qua re plura dicentur postea.

Quanto autem studio philosophiae tum operam dederit, facile exinde colligi potest, quod illo ipso tempore, quo utebatur Socratis familiaritate et consuetudine, complures composuit dialogos, in quibus quum omnino Socraticam imitatus est disserendi rationem, tum etiam singulos quosdam philosophiae popularis locos more Socratico illustravit *). Quorum librorum artem rationemque posthac paucis describere conabimur. Maxime autem eius studium scribendi excitatum est, quum nefariis artibus hominum improbissimorum effectum videret, ut Socrates non solum impietatis accusaretur, sed etiam iniustissimo iudicio capitis condemnaretur. In quem quum tanquam in perfectum virtutis ac sapientiae exemplar intueri consuevisset, generosum eius pectus exarsit flagrantissimo studio tuendae innocentiae magistri sui, hoc est eius viri, qui omnis virtutis ac sapientiae vindex et restitutor videretur. Itaque illo tempore et proximis dehinc annis, ut videtur, non pauca elaboravit literarum monumenta, quibus vel Socratis causam defendit, vel nomen eius atque laudes ita illustravit, ut simul partes quasdam suae ipsius doctrinae exponeret et explicaret. Nam utrumque consilium tam arte coniunxit, ut quid potissimum in scribendo secutus sit, re non satis diligenter perpensa, admodum dubius haerere possis. De qua re item pluribus infra disputabitur.

Atque hactenus quidem vidimus Platonem inter philosophos illius aetatis neminem pluris fecisse quam Parmenidem atque Socratem. Itaque ex horum disciplina plurima ipsum repetiisse, quum suam doctrinam conderet, nemini mirum videbitur. Quanquam hoc fecit sic, ut nihil non ad suam rationem immutaverit, omnia suo more exploraverit et ad causas suas revocaverit. Etenim tantum abfuit, ut divinum Platonis ingenium in iis acquiesceret, quae a magi-

*) V. Diog. Laert. III. 35. 38. Olympiodor. Vit. Plat. p. 584.

stris accepisset, ut in interiores rerum causas inquirere et humanarum rerum studio divinarum rerum contemplationem adiungere studeret. Itaque investigavit tanquam fundamentum quoddam, in quo totum doctrinae suae aedificium exstrueret, excogitavitque nobilem illam multumque celebratam doctrinam de ideis, ad quam tanquam ad principium suum reliqua omnia referret. Quod quo tempore fecerit, non potest certo definiri: illud tamen certum arbitramur, quod iam supra diximus, eum, postquam Parmenidis doctrinam cognovisset, paullatim ad illam de ideis sententiam vel inveniendam vel argumentis confirmandam delatum esse *). Nam sensim et pedetentim hoc factum esse vel ex priore parte sermonis illius coniiicere licet, qui Parmenidis nomine inscriptus est. Sed accedamus ad ipsam illam doctrinam, quam necesse est teneri ab omnibus, qui Platonem cum fructu aliquo legere cupiant **).

Ac de eo quidem Plato cum Parmenide omnino consensit, quod et ipse discerni voluit binas rerum naturas: alteram, quae cerni oculis posset, quam quidem *δοξαστήν*, opinabilem, appellavit, quia nullam efficeret scientiae firmitatem et constantiam; alteram *διανοητικήν*, quae sola mente et cogitatione cognosci posset ac nihil commune haberet cum rebus adspectabilibus ac sensibus subiectis. Tametsi vero utriusque philosophi de hac re magna fuit in universum consensus, tamen dici vix potest, quantopere in singulis doctrinae partibus dissenserint. Id quod facile iudicari poterit ex Platonis doctrinae ratione. Hic enim, quum omnia, quae sensibus percipiuntur, oriri, mutari, agitari, interire animadvertisset, in eam paullatim sententiam devenit, ut certam firmamque

*) V. Phaedon. p. 99. D. Itaque in iis dialogis, quos ante Socratis obitum scriptos putamus, vix parva quaedam initia illius doctrinae animadvertas; plenam et integram reperias demum in operibus postea editis.

***) Locos Platonis, unde ducta sunt quae exposuimus, quia a Tennemann'o System. Philosoph. Platon. T. II. p. XI. praef. p. 54 sqq. p. 124 sqq. T. III. p. 10. al. et partim a nobis Prolegg. ad Phileb. p. XXI sqq. ed. I. laudati sunt, non opus putavimus indicare et recensere, praesertim quum brevitatis ratio habenda esset. Alia lucem suam accipient ex iis, quae ad Parmenidem disputavimus.

scientiam, quam *ἐπιστήμην* appellabat, inde repeti et hauriri posse negaret. Quum vero Parmenidis decretum de *οὐσία*, quae unice haberet veritatem, magna animi assensione accepisset, et de eius veritate quaerens sensisset in animis humanis inesse rerum notiones, quae in perpetua corporum agitatione et vicissitudine eadem semper manerent pristinaeque formam ac speciem suam constanter tuerentur, coepit exinde suspicari et colligere, esse aliquid, quod immutabilibus illis notionibus, animo impressis, omni ex parte simile esset ac responderet, ideoque eam haberet naturam, quae nullam unquam subiret mutationem. Quod ubi in his terris frustra anquisivit, Parmenidis *οὐσίαν* recordatus, animo finxit et quasi informavit aeterna illa, simplicia, ac semper sui similia simulacra, ad quorum imitationem haec omnia, quae mutationi et vicissitudini essent obnoxia, tanquam expressa esse statuit. Et haec quidem simulacra Plato ideas s. species appellavit, iisque voluit nullam esse cum sensibus coniunctionem, omnem cum mente intercedere necessitudinem. Ex qua re qui conficere voluerunt ideas Platonis nihil esse aliud nisi abstractas mentis notiones, ii a vero multum aberrarunt. Non viderunt enim ideas e mente philosophi esse quasi species quasdam atque formas *οὐσίας* s. essentiae, quam cum Parmenide statuebat et quam putabat ab omni corporea labe et contagione liberam esse atque immunem, ut facillime possit intelligi, cur eas putaverit sola mente et ratione posse cognosci neque sensibus ullo modo percipi. Quoniam autem ideas solas iudicavit efficere veritatis cognitionem, factum est, ut eas non solum *τῶν ὄντων* et *τῶν ὄντως ὄντων* nomine appellaret, sed etiam inde iudicandum censeret, quid verum, quid falsum, quid bonum, quid malum, quid iustum, quid iniustum esset. Etenim non earum tantum rerum, quae sensibus percipiuntur, aeternas quasi formas et species esse iudicavit, sed illarum etiam imprimis, quarum effigies in terris nusquam reperiuntur, veluti iusti, boni, pulcri. Infinitam autem statuit esse idearum multitudinem pro immensa illa notionum copia, quibus animus humanus rerum genera complectitur. Quorum animadversionem quum in hac doctrinae parte maxime sequeretur, mirum profecto videri non debet,

quod singulas ideas admirabili ordine inter se coniunctas esse iudicavit. Nam omnes ac singulas statuit quasi unum quoddam corpus efficere, apta singularum partium collocatione et coniunctione pulcherrime conformatum, hac quidem lege et conditione, ut quae maximum haberet ambitum latissimeque pateret, ea inter ceteras praestantia et virtute sua maxime emereret. Atque hinc lucem suam accipit notissima illa formula *ἐν καὶ πολλὰ*, quam a Platonicis mirifice celebratam esse constat. Eam enim ideam, quae ambitum haberet talem, ut alias plures in se complecteretur, hanc ipsam ob causam *τοῦ ἐνός* nomine insignivit; ceteras, quae ea continerentur, vocavit *πολλὰ*, quanquam hoc alterum nomen interdum etiam ad res individuas sensibus subiectas referri voluit.

Hac igitur ratione philosophus quasi quoddam fundamentum doctrinae suae iecisse sibi visus est, ad quod tam veritatis quam virtutis ratio omnis revocari posset. Quocirca ex hac tanquam arce sua veritatis causam adversus sophistas propugnavit, virtutis iam olim ratione Socratica pervestigatae dignitatem contra eiusdem adversarios defendit, immortalitatis spem atque fidem sustentavit, denique partes omnes sapientiae ita tutatus est, ut quibus causis et rationibus omnia nitantur, demonstrasse subtilissime videatur. Quod quidem quo modo fecerit, et longum est explicare et a nostro instituto alienum. Neque enim universam Platonis doctrinam exponere constituimus, sed eius causas et fontes aperire; et si quae ad singulorum librorum intelligentiam praeterea necessaria sint, ea in praefationibus et commentariis singulis libris additis explanabimus.

Postquam autem Plato illam de ideis doctrinam invenerat, aut certe eius fundamenta posuerat, demonstrandum etiam hoc esse intellexit, posse humanos animos adipisci idearum, hoc est aeternae veritatis, intelligentiam et cognitionem. Quod quidem ita fecit, ut, licet decreta ipsius non per omnia probaveris, tamen excelsum viri ingenium admirari debeant omnes, qui, quantis tenebris illa aetate veritas involuta fuerit, fuerint bene memores. Etenim animi humani ipsius iudicio non fuerunt a principio cum hoc corpore coniuncti, in quo nunc tanquam carcere

quodam inclusi tenentur, sed olim in beatorum deorum coetu versantes aeterna illa rerum simulacra contemplati atque ipsius veritatis cognitione gavisi sunt. Qua felicitate quum omnes perpetuo frui potuissent, tum ita accidit, ut multi a divinarum rerum contemplatione averterentur atque humi deiecti in mortali corpore includerentur. Ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur, neque ea plane videt animus, quum repente in tam insolitum tamque perturbatum domicilium immigravit. Sed quum se collegit atque recreavit, tum agnoscit illa reminiscendo atque in memoria redit eorum, quae in superiore vita conspexerat. Contingit vero haec recordatio iis facillime atque maxime, qui philosophiae amore maxime tenentur. Huius enim ope et beneficio efficitur, ut animus paullatim a corporis vinculis eiusque cupiditatibus et perturbationibus liberetur, atque redintegret quasi et instauret memoriam idearum, ad quarum similitudinem res sensibus subiectae conformatae sunt et expressae. Itaque quo quis sapientiae est studiosior, eo facilius ad pristinam illam cum deo similitudinem denuo evehitur *).

Atque haec quidem sunt fere fundamenta, quibus Plato omnis doctrinae suae aedificium superstruxit. Neque tamen satis habuit veritatis fontes indagasse, sed id etiam studuit efficere, ut veri cognoscendi et explicandi rationem patefaceret. Itaque adhibuit artem dialecticam, non vanam illam et inanem argutarum captatricem, quae fucum faceret hominibus, sed eam potius, qualis a Socrate esset inchoata et quae mentem a pravis perversisque opinionibus repurgatam ad germanam perduceret scientiam, hoc est, ad cognitionem veritatis aeternae.

Quemadmodum autem Plato hanc doctrinam paulatim excoluerat pervestigatis superiorum philosophorum rationibus, ita idem per omnem reliquam vitam etiam studuit eam amplificare et perficere. Nam et indefessum veritatis studium animum incitabat, ut opus inchoatum pro viribus solveret, et peregrinationes,

*) De hac Platonis sententia subtilius disputavimus in Prolegg. ad Phaedrum; est enim ea ex ipsa animi immortalis natura explicanda.

quas postea suscepit, maiorque rerum usus, quem sibi comparavisset, efficiebant, ut decreta sua ad ipsam hominum vitam traduci cuperet; quod quidem eo vehementius optavit, quo tristiore videbat esse disciplinae publicae ac privatae conditionem. Accedit, quod etiam adversariorum, quos nactus erat, disputationes, veluti Megaricorum aliorumque, eum impellebant, ut quae proposuisset antea, subtilius explicaret et defenderet; atque sententiae praestantissimorum philosophorum, quas tum demum cognoverat, animum instigabant ad contemplanda ea, quae superiore tempore ipsum fugissent. Quae omnia quo clarius intelligatur quorsum pertineant, age, reliquam vitae partem quo modo vir summus transegerit, breviter enarremus. Quae narratio etiam hanc habebit utilitatem, ut in universum certe coniecere liceat, quo tempore potiora eius scripta in lucem emissa sint; nam de omnibus quominus fidenter faciamus coniecturam, illud impedit, quod admodum pauca eaque magnam partem incerta de eius vita memoriae tradita sunt, quodque multi ipsius dialogi nihil fere habent, unde de tempore, quo scripti sint, certius quid coniciatur.

Quum igitur decem ferme annos Socratis familiaritate et consuetudine usus esset *), magistri condemnationis atque supplicium videtur effecisse, ut Socraticorum plurimi relinquerent Athenas seque in alias urbes conferrent, sive quia iniquam illam et iniustam Atheniensium de Socrate sententiam moleste ferrent, sive quod et ipsi metuerent eorum invidiam atque odium. Et Plato quidem Megaram se contulit ad Euclidem, qui e Socratica disciplina egressus postea auctor exstiterat novae familiae, quae vocatur Megarica vel Eristica. Quae res multum videtur valuisse eo, ut idearum doctrinam ad maiorem perfectionem explicaret et scriptis illustraret. Quanquam enim Euclides miro amore et reverentia Socratem magistrum persecutus erat, tamen postea, relicta eius disciplina, Parmenidis placita sibi explicanda et de-

*) Diog. Laert. II. 106. et Menag. p. 121. Mortuus est Socrates Olymp. XCV. 2., 399 a. Chr. n. Conf. Clinton. Fasti Hellen. p. 99. ed. Krüg.

fendenda sumserat, idque sic, ut pro more posteriorum Eleaticorum arte dialectica studiosius uteretur ad ea dilucidanda, vel potius abuteretur *). Quare facile est ad intelligendum, qui factum sit, ut Megarici impugnarent Platonis doctrinam, ut quae Parmenidis sententiam de *ὄντι*, quamvis magnam cum illa haberet similitudinem et cognationem, tamen pervertere adeoque erroris coarguere videretur. Itaque non temere suspicaris ardorem disputandi, quo Megarici in ideas Platonis invecti sint, causam exstitisse, cur hic non adeo diu apud eos commoratus sit. Illud certum iudicamus, sermones illos, qui Sophistae, Politici et Parmenidis nomine inscripti sunt, a Platone non ante hoc tempus esse conscriptos, quo Megaricorum disciplinam accuratius cognovisset et quid illi doctrinae suae opponerent, ipse audivisset **). Quanquam non exiguum annorum spatium videtur effluxisse usque ad illud tempus, quo reponeret iis quae ad defendendam rationem suam valerent. Nam et insunt in illis libris quae accuratiorum pleniorumque Pythagoricae sapientiae cognitionem prodant, quam sibi tum comparare potuisse videatur, et omne, quod proxime sequebatur, tempus itineribus consumsit, quae librorum edendorum consilia retardarent.

Etenim incredibile illud sapientiae studium, quo flagrabat, effecit, ut in Italiam, Aegyptum, alias terras, proficisci constitueret ***). Quum igitur ma-

*) De Megaricorum dogmatis et disciplina pauca sunt ad posteritatis memoriam tradita, quae diligenter collegit et illustravit Ferd. Deyks: De Megaricorum doctrina. Bonn. 1827. 8. Usos illos esse Parmenidis decretis recte iam Bruckerus vidit Hist. phil. T. I. p. 612. v. etiam Spalding. Vindie. philosophorum Megaricorum p. 3.

**) Respicitur enim in Sophista et Parmenide potissimum ad Megaricos, in prolegomenis ad eos libros demonstravimus.

***) Quo ordine itinera Platonis sese exceperint, de eo magna est veterum scriptorum dissensio. v. Astius I. c. p. 22 sqq., qui Ciceronem de Fin. V. 29. Tuscul. I. 17. de Republ. I. 10. secutus censet philosophum primo in Africam, deinde in Italiam esse profectum. cf. Corsini de natali die Platonis, eius aetate et in Italiam itineribus, in Gorii Symbolis Litterar. Vol. VI. p. 100 sqq. Equidem secutus sum Apuleium auctorem T. II. p. 186 ed. Oudendorp., quem recte iudicavit Menagius ad Laert. discrepantes aliorum narrationes in ordinem redigere. Ac

gna esset laus et auctoritas doctrinae Pythagoricae, quam novimus in Graecia magna floruisse, illius per noscendae cupiditate impulsus primum in Italiam traiecit, ubi Archytam Tarentinum, Eudoxum Cnidium, alios, de physicis, mathematicis, ethicis, audivit disputantes. Quae qualia fuerint, ex Timaeo, Philebo, Politia, aliis libris, quos postea scripsit, existimari potest. In his enim aliisque scriptis quod manifesta expressa sunt vestigia doctrinae Pythagoricae, id satis aperte declarat, quanto studio illam amplexus sit; quanquam tenendum est eum Pythagorica non videri integra et immutata retinuisse, sed, quod idem de Heracliti, Parmenidis atque Socratis doctrina ita iudicari debet, ad suae ipsius disciplinae rationem conformasse. Ex qua re explicationem habet antiqua illa fama, a Platonis calumniatoribus sedulo ad posteritatis memoriam propagata, qua ferebatur Pythagoreis multa surripuisse et ad rem suam transtulisse. Quum autem videret ad Pythagoricae doctrinae plenam perfectamque intelligentiam requiri accuratam scientiam rerum mathematicarum, relicta Italia petivit Cyrenas, ut audiret Theodorum, qui quum olim Athenis versatus esset, magnam ibi nactus erat doctrinae laudem *). Et hic quidem quam diu commoratus sit, non constat. Fecit autem hoc iter in Africam susceptum, ut eum invaderet etiam cupiditas visendi Aegyptum. Hanc enim terram noverat plurima habere, quae quia ab aliorum populorum legibus, moribus et institutis multum recederent, cognitu et iucunda essent et utilia. Neque fefellit eum exspectatio. Quanquam enim ad doctrinae suae rationem emendandam vel amplificandam nihil fructus ex Aegypto reportavit, tamen tanta ibi instructus est rerum utilissimarum cognitione, ut huius itineris subinde non sine iucunda recordatione mentionem iniiciat. Et profecturus erat haud dubie etiam in regiones Asiaticas, quae florebant similium institutorum

tanto plus valere debet huius scriptoris auctoritas, quod usus videtur commentariis Speusippi, qui fuit nepos Platonis ex sorore. v. p. 183. l. c.

*) V. Apulei. de habitud. doct. I. init. Ab ipso Platone Theaet. p. 143. E. 147. D. sqq. 161. E. narratur ante Socratis mortem Athenas venisse et Protagorae fuisse discipulus.

fama *), nisi eum prohibuissent tumultus belli, quod eo tempore Artaxerxes adversus Aegyptios parabat **). Itaque circiter Olymp. XCVII. extr. 4., h. e. decem ferme annis post quam ad Euclidem Megarenses se contulerat, relicta Africa in Europam reversus, quum paullisper, ut videtur, invisisset Athenas, iterum in Italiam et postea in Siciliam insulam navigavit. Quod quo fecerit consilio quibusve causis permotus, non exploratum habemus ***). Videtur autem propterea illuc profectus esse, quod Pythagoreorum rationem accuratius per noscere constituerat et Siculis crebra erant commercia cum Atheniensibus eorumque leges et instituta magna florebant laude. Venit igitur Syracusas, nobilissimam insulae civitatem. Cuius tum imperium tenebat Dionysius, maior natu, qui et ingenio pollebat et Graecis literis delectabatur. Exceptus est autem hospitio a Dione, summae viro auctoritatis. Qui eum non solum studiose audivit de natura et rebus publicis disserentem, sed etiam in notitiam tyranni adducendum putavit. Et initio quidem etiam ab hoc admodum honorifice habitus est; mox autem, quia tyranni ingenium ferre non poterat sapientiae veritatem, ita est tractatus, ut vitae et

*) Narrant Lactant. Institut. Divv. IV. 2. Augustin. de Civ. Dei VIII. 11. XI. 21. Clemens Alexandr. Admon. ad Gent. p. 46. A. eum etiam ad Magos et Persas penetrasse, et Iudaeorum ritus et sacra cognovisse. Nimirum satis constat, quo studio scriptores Christiani elaboraverint, ut Platonem Iudaeum facerent, adeoque Christianum, quippe cui doctrinam de trinitate tribuendam putarint. Verum in scriptis Platonis ne levissimum quidem Iudaismi vestigium deprehendas. Neque ille Magorum et Persarum ita facit mentionem, ut eorum instituta se vidisse significet.

***) V. Apulei. l. c. Diog. L. III. 6. Athenaeus XI. p. 507. coll. Tennemann I. c. p. 40.

****) Quod Cicero narrat de Fin. V. 29. Platonem ex Aegypto reversum Tarentum navigasse, id cum ea, quam sequimur, narratione facile conciliari potest. Videlicet denuo ille Tarentum in reditu pervenit. Quod autem ipsum statuimus tum per breve tantum tempus Athenas invisisse, hoc argumento probari potest certissimo. Nam Olymp. XCVI. 3. in. i. e. circa autumnum a. 394. a. Chr. n. nondum reliquerat Aegyptum, sicuti ex iis patet, quae narrantur apud Plutarchum De genio Socratis p. 579. B. conf. Dodwell. Chronol. Xenoph. c. XVII. p. 28. ed. Schneider. Cliton. Fast. Hellen. s. h. a. Rediisse autem ipsum Athenas iam anno eodem aut proximo ex itineribus mox videbimus.

libertatis periculum subeundum esset. Nam quum Plato liberius reprehendisset in quibusdam rebus Dionysii violentiam, tyrannus eum interficiendum statuit. Quanquam vero exoratus a Dione vitam ei concessit, tamen non ita obsecutus est Dionis precibus, ut philosophi libertatem non ulcisceretur. Addixit enim eum in servitutem cuidam Lacedaemonio atque vendi iussit. Itaque Plato ab homine parum mansueto abductus in Aeginam est, ubi tamen Anniceris Cyrenaicus, ludos Olympios tum (Olymp. XCVIII.) instantes invisurus *), vel ut alii narrant, Dio Syracusanus pretio soluto eum in libertatem restituit **). Ita superatis itinerum molestiis et periculis tandem in patriam rediit philosophus Olymp. XCVIII. in. s. a. 388. a. Chr. n.

Iam vero ab eo inde tempore doctrinae copias, quas in peregrinatione summo sibi studio paraverat, Athenis, ubi natus educatusque erat, explicare instituit. Docuit enim iuvenes philosophiae studia aemulantes tanta cum laude, ut mox novae familiae auctor existeret ***) , quae postea ab eo loco, in quo docebat, Academica appellata est †). Praeterea vero etiam condidit sapientiae monumenta plurima, quae, si vel sola superessent, ingenii divini admirationem summam possent excitare. Nam nisi fallit prorsus

*) v. Olympiodor. p. 587. Philopon. in Aristot. Physic. II. p. 355. A. ed. Brandis.

***) V. Diog. Laert. III. 20. ibique Menag. p. 115. 146 sq. Plutarch. Dion. p. 959 sqq. Cicero de Orat. III. 34. al. Quamvis autem de his quoque rebus scriptorum veterum narrationes maxime discrepent, tamen omnes consentiunt Platonem aliquamdiu Syracusis commoratum, posteaquam in odium tyranni incurrisset, inde discessisse magno cum periculo vitae et libertatis. Itaque haec certe tenenda sunt, ut cetera exornata sint fabularum involucri. Ceterum colloquium illud philosophi cum Dionysio ap. Olympiod. p. 587 sqq. posteriore tempore confictum est. Nec vero credibile est Platonem, quum Dionysium inclementiorem in se sensisset, Siculis dapibus diu esse delectatum, ut Siculum istud iter brevissimo temporum spatio terminandum videatur, quod conspirat cum Epist. VII. p. 324. A. Aliter tamen sentit Hermann. Histor. Phil. Plat. p. 62.

***)) Itaque Euseb. eum scribit hoc tempore philosophum agnoscere coeptum; v. Clinton. I. c. p. 107. ed. Krüger.

†) V. Diog. Laert. III. 5. 20.

coniectura *), inde ab hoc potissimum tempore scribere aut saltem edere coepit Theaetetum, Sophistam, Politicum, Parmenidem, in quibus libris scientiae rationem explicavit, atque doctrinam idearum argumentis confirmare et ab adversariis, imprimis Megaricorum, dubitationibus vindicare studuit **). Quanquam fieri potest, ut hos libros, sicuti Theaeteto factum videtur, iam Megaris in litteras retulerit; quod tamen minus affirmare licebit de Politico et Parmenide, qui disciplinam Pythagoricam sapiunt. Porro inde ab hoc tempore animum adiecit etiam ad illustrandas eas philosophiae partes, quae, quoniam ad vitam humanam atque rerum universitatem referuntur, merito iudicantur longe gravissimae. Quum enim in illis, quas de idearum doctrina deque scientia instituerat, meditationibus et commentationibus ideam summi boni reperisset talem, quae ceteras omnes virtute ac praestantia sua superaret longissime adeoque eas ambitu suo complecteretur ***) , quid in vita singulorum hominum, in constituendis regendisque civitatibus, denique in universa rerum natura optimum esset, peculiaribus operibus explicandum sibi sumsit, idque eo fecit modo, ut cum rerum civilium cognitionem usu et experientia comparatam, tum decreta Pythagoreorum, quorum plenior notitiam in Italia accepisset, ad eas disputationes adhiberet. Scripsit igitur illo tempore etiam Philebum, Politiam, Timaeum, quorum librorum tam arcta coniunctio est, ut alius alium intra temporis spatium non adeo diuturnum exceperit videatur. Nam in Philebo quidem docetur, qualis

*) Quae hic et alibi de tempore, quo scripti sint libri Platonis, et de ordine, quo se exceperint, disputavimus, ea quoniam longiorem requirunt disputationem quam ut hoc loco possit pertractari, alibi copiosius illustrabimus, paucis nunc exponere visum est, ut cognoscere iudicia virorum eruditorum, qui et Platonem diligenter lectitassent, neque praedicatas hac in causa sequerentur opiniones.

**)) Parmenidem non potuisse scribi ante Olymp. XCIV. I. a. 404. a. Chr. n. patet e loco p. 127. D., ubi mentio iniicitur triginta tyrannorum. Ex eodem autem loco colligas eum aliquanto post esse compositum.

***)) V. de Republ. VI. p. 506. A. sqq. VII. p. 417. B. sqq. et Prolegg. ad Phileb. p. LXXXVII. sqq. et XC. sq. ad. I. Lips.

esse debeat hominum singulorum vita, quo ad summi boni ideam perveniatur. In libris de republica autem explicatur, quomodo quum optimi hominis tum perfectae civitatis ratio comparata esse debeat, ut vita humana omnis consequatur eam praestantiam et virtutem, quae mente et cogitatione maxima fingi queat. Denique in Timaeo, quem arctissime cum libris de optima civitate cohaerere ipse significavit *), philosophus disputat ita de rerum natura, ut innudi opificem doceatur in illo formando respexisse ad exemplar mundi longe perfectissimum omnibusque numeris absolutum, omniaque ita disposuisse, ut quam optima et perfectissima existerent. Quae si vera sunt, facile intelligitur, opinor, aetissimam esse illorum operum coniunctionem, quippe in quibus doceatur boni ideam esse vitae ethicae, civilis atque physicae causam atque effectricem. Quum autem tanta sit horum librorum necessitudo, quis quaeso negabit verisimiliter sane conici, esse illos tempore non multum diverso litteris consignatos et in lucem emissos? Neque vero haec sola fuerint ingenii monumenta, quae philosophus usque ad secundam in Siciliam profectionem condidit, sed intra spatium hoc circiter viginti et quod excurrit annorum etiam Phaedrum, Symposium et Phaedonem scripsisse videtur. De Symposio id satis certo constat ex loco p. 192. E. sq.; Phaedonem autem putamus, licet non absurda sit eorum sententia, qui illum non multo post Socratis obitum scriptum iudicant **), hoc temporis spatio consignatum esse duabus ex causis. Nam primum quidem multa in hoc libro reperiuntur Pythagoricae doctrinae vestigia, unde suspiceris Platonem, quum eum sermonem scriberet, iam satis accuratam habuisse illius cognitionem. Quam qui putarunt ei iam ante Socratis obitum impertitam esse ab Simmia et Cebete, qui Philolaum Thebis audierint de placitis Pythagoricis disputantem ***), aut ab Echecrate Phliasio, quem in Phaedone lo-

*) P. 17. C. p. 23. D.

**) V. Praefat. ad Phaedon. p. 17., ubi quae diximus, cave sic intelligas ac si eam sententiam probemus: sunt enim omnia contra alios disputata sic, ut nihil accuratius definiatur.

***) V. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 61. D. E.

quentem induxit, ii coniecturam fecerunt ex ea re, unde minime debebant, hoc est, ex ornatu libri scenico, quem constat a Platone saepissime ita esse adhibitum, ut temporum rationes negligantur. Nec poterat Plato in Phaedone probabiliter Socratem colloquentem facere cum Archyta aliquo aut Timaeo aut Euryto, ut minime obscurum sit, cur Simmiam, Cebetem et Echecratem cum eo convenire iusserit. Sed alia etiam causa est, cur ita de tempore, quo Phaedo scriptus sit, existimemus. Nam et idearum doctrina in eo tam est perfecta et absoluta, ut in nullo alio libro magis; et argumentum de animorum immortalitate, quod in eo explicatum est, etiam in Phaedro et Politia tractatur, ut vel hinc non inepte conicias haec opera omnia fere eodem temporis spatio esse exorta. Quod autem Socratis morientis imago in illo libro quasi ob oculos ponitur, id cum argumenti ratio videtur effecisse, tum etiam illud, quod Atheniensibus, qui multo rectius interea de Socratis virtutibus iudicare didicissent *), ostendere volebat, quanta fuisset animi magnitudine et pietate sapiens ille, quem olim iniusto iudicio e medio sustulissent. Quod quidem facere tum poterat eo tutius, quo maiores honores videbat ab Atheniensibus Socrati post mortem habitos esse; neque dubium est, quin etiam nunc scribendi consilium ad temporum rationes accommodaverit. Sed satis de Phaedone. Difficilius etiam iudicium est de Phaedro, quem Schleiermacherus censuit a Platone admodum iuvene esse compositum, ut sibi quasi viam patefaceret ad totius philosophiae partes eas, quae essent gravissimae, deinceps pertractandas et exponendas **). In quo iudicio etsi facile concedimus aliquid veri inesse, tamen nolimus indidem conclusum esse, quod vir sagacissimus inde conclusit. Quum enim philosophus et doctrinam suam et disserendi rationem pedetentim excoluerit ac per-

*) V. Diog. Laert. II. 40 sqq. ibique Menag. Aelian. V. H. I. 16. II. 36. Diodor. XIV. 37. Plutarch. de invidia et odio p. 537. extr.

**) V. Praefat. ad Phaedr. p. 67 sqq. coll. Introduct. ad Opp. Platon. p. 17 sqq. De hoc opere eiusque originibus quid sentiamus, copiosius nuper in Praefatione ad secundam eius editionem exposuimus.

fecerit, non est verisimile eum quae futuro tempore esset scripturus et scriptis suis illustraturus, iuvenem quasi pro futuro tempore divinasse et praevidisse animo; nisi forte statuere velis Platonem eo tempore, quo Socratis usus est familiaritate, nihilum literis consignavisse. In qua sententia fuisse videtur Astius, qui eos libros omnes, quos illo tempore scriptos esse verisimile est, tanquam Platonis ingenio indignos pro suppositiciis habuit, ideoque item Phaedrum inter primos dialogos numerandum censuit, qui a Platone compositi sint. Quod vero imprimis confirmat eam sententiam, qua illum librum a Platone maturiore aetate scriptum putamus, est illud sine dubio hoc, quod et plurima continet Pythagorica *), et maximam habet argumenti cognationem cum Symposio, adeoque ex parte cum Phaedone et libris de optima civitate cohaeret **). Huc accedit, quod coniectura assequi possumus, qua scribendi opportunitate usus Plato hunc librum composuerit. Redierat enim tandem aliquando ex longinquis ac diuturnis itineribus in patriam. Ubi quum advenisset, non solum alios instituere coepit, sed etiam scriptis explicare reconditoris doctrinae suae rationem. In quo utroque genere quum pro divino, quo pollebat, ingenio ita excelleret, ut plurimorum moveret admirationem: non potuit effugere invidiam eorum, qui doctrinae et eloquentiae laudem sibi tanquam propriam vindicarent, hoc est rhetorum atque sophistarum. Qui quum perquam moleste tulissent, quod ipsorum ineptias non sine multo sale perstrinxerat, ideoque eum maligno dente arrosissent, faciendum putavit, ut non solum eorum artem taxaret doceretque omnem eloquentiam, sive in scriptione cerneretur sive in sermone, inane esse, nisi ex philosophia tanquam vero ipsius fonte hauriretur; veram etiam omnem philosophiae vim dignita-

*) Docuit hoc Astius de vita et scriptis Platon. p. 105 sqq. cfr. quae ipsi nuper ad hunc librum commentati sumus.

***) Nam amoris divini disciplinam Phaedrus cum Symposio habet communem; animi autem in tres partes principales divisione Politiae cum Phaedro adeo est communis, ut illa Phaedro demum edito in lucem publicam emitti potuisse videatur, quandoquidem totum civitatis Platonicae aedificium hac ipsa animi divisione nititur.

temque reclusis primariis eius fontibus in illustriore luce collocaret eamque unam certissimam veritatis tam cognoscendae quam patefaciendae magistram esse ostenderet. Quae si vera sunt, non difficile est ad intelligendum, cur philosophus quum admirabilem illam artem disserendi in hoc libro expromserit, tum summa philosophiae sublimioris capita sic attigerit, ut quasi viam sibi munivisse videatur ad omnes doctrinae suae partes. Sed de arte et ratione, quae in tractando illo argumento adhibita est, alibi disputavimus. Hic satis habemus addere, videri nobis Phaedrum circa Olymp. XCVIII. 4. in lucem editum esse, si quidem vere coniecimus eum cum Symposio arctius cohaerere. Illud unum addidisse iuvabit, Phaedrum, Symposium et Phaedonem etiam ideo post sermones, in quibus dialectice de scientiae rationibus expositum est, proxime in lucem produsse videri, quia iis ostenditur, humanos animos scientiae et cognitionis idearum utique capaces esse ac fieri posse participes, quandoquidem natura eorum divina sit atque sempiterna. Nam hoc demum facto idearum doctrina videri debuit plane absoluta esse atque consummata.

Sed satis de operibus illo tempore, quantum suspicari liceat, a Platone in lucem emissis. Sequitur, ut dicendum sit de institutione discipulorum, qua ipsa quoque magnam nactus est nominis sui famam. Sed quanquam haec disputatio et iucunda est et ad cognoscenda Platonis studia longe gravissima, quandoquidem inter alia attingit etiam quaestionem illam de ἀρχαῖς Platonis placitis nuper studiosius agitam, tamen quia longiorem requirit orationem quam pro nostro instituto, neque libris Platonis, quos habemus superstites, multum lucis afferre videtur, eam in aliud tempus reiicere placet *). Itaque ad reliquam partem vitae Platonis enarrandam redimus.

Quum igitur philosophus viginti circiter annos post reditum in patriam doctrinam suam et docendo

*) Docte de hoc argumento nuper exposuit Brandis in Diatriba de perditis Aristotelis libris de ideis et de bono. Bonnae 1823. 8. De docendi ratione, quam Plato in Academia tenuerit, v. Tennemann. l. c. p. 46 sqq. et quae nuper in Prolegomenis ad Phaedrum ed. 2. p. XC sqq. disputavimus.

et scribendo explicuisset, factum est, ut Dionysius, tyrannus Syracusanus, moreretur, eique succederet adolescens Dionysius. Quod quidem ex Corsinii ratione accidit Olymp. CIII. 2. a. 367 a. Chr. n. Hic quum imprimis regeretur Dionis consilii, qui iuvenile eius ingenium doctrina et sapientia ad iustitiam, moderationem, virtutem flectere studebat, Dio faciendum censuit, ut arcesseret Platonem, cuius consilio et auctoritate in ea re uteretur. Quamquam vero philosophus superiore tempore satis graviter erat monitus difficillimum esse tyranni animum ad virtutis et sapientiae studium convertere, tamen et Dionis amicitia et consilii magnitudo effecit, ut, provincia in Academia docendi Heraclidi Pontico tradita, cum Speusippo, sororis filio, denuo Syracusas proficisceretur *). Nec frustra ab initio videbatur hoc iter institutum esse. Audiebat enim tyrannus philosophum magno cum studio de rebus gravissimis disserentem, adeoque omnem tyrannidis speciem ita abolebat, ut cives optima quaeque de eo sperarent. Prohibat enim in publicum et cum civibus versabatur non satellitio tyrannico stipatus, sed a viris sapientissimis et prudentissimis circumdatus. Vitam item agebat eam, ut in optimis studiis versaretur, nihil turpitudinis in se admitteret. In imperio denique nihil faciebat crudeliter, nihil iniuste, nihil sine prudentissimorum virorum consilio **). At enim quam spem optimi quique de Dionysio ex his rebus conceperant, eam invidia et calumnia, vulgaris illa aularum pestis, repente reddidit irritam. Desiderabant enim improbi quidam, ut pristinam ipsi recuperarent scelerum licentiam, priorem rerum conditionem, et imperii habenas ad se trahere conabantur fracta Dionis auctoritate. Quantum vero valeant calumniae et obtrectationes non solum apud principes, sed etiam apud privatos, quis est qui nesciat? Itaque quum Dio sororem Dionysii in matrimonio haberet, tyrannum isti callide monebant, ne affini nimiam potentiam concederet, ut qui regnum concupiscere videretur. Quae criminationes non caruerunt eventu. Pulsus enim ex patria est Dio, frustra ob-

*) V. quos laudat Tennemannus l. c. p. 52.

***) Plutarch. Dion. p. 963. cap. 12 sqq.

nitente Platone, ne quid in talem virum iniuste statueretur. Quo facto non solum improborum potentia crevit, sed etiam animus regis ita coepit mutari, ut, quid eventurum esset, viros sapientes non amplius praeterire posset. Etsi igitur Dionysius Platonem omnibus modis retinere studuit, cuius discessum sibi dedecori fore arbitrabatur, tamen philosophus, qui artes civium improborum perspexisset, in patriam sibi redeundum iudicavit. Quocirca impetrata rei venia tandem rursus Athenas revertit. Quod quidem ex Corsinii ratione ita accidit Olymp. CIII. 4. a. 365. a. Chr. n. biennio post quam profectus erat Syracusas *).

Quod autem fecerat ex primo itinere redux factus, ut se totum dederet philosophiae studiis, id quominus nunc quoque faceret, prohibuerunt tempestates mox insecutae. Quum enim Dio Athenis exsul viveret, ipse autem tyranno pollicitus esset velle se reverti Syracusas, si Dio in patriam revocaretur, praeter expectationem accidit, ut non ita multo post tertium iter in Siciliam esset suscipiendum. Invitatus est enim a Dionysio, sive quod is improborum hominum consilia nunc ipse reiiceret et improbaret, sive quod discessum Platonis prae inani quadam ambitione laudisque studio aegre ferret, ut Syracusas reverteretur. Quibus tyranni precibus etsi ab initio nihil tribuendum putavit, tamen quum ille non solum ipse polliceretur velle se Dionem restituere bonisque consiliis obtemperare, sed etiam amici Platonis, imprimis Archytas Tarentinus aliique Pythagorei, regem ad bonam frugem redisse affirmarent, tandem spe rerum meliorum animo concepta tertium iter Syracusas suscipere constituit. Itaque navigavit in Siciliam Olymp. CIV. 4. a. 361. a. Chr. n. anno aetatis sexagesimo nono. Sed spes eius tum quoque in irritum cecidit. Nam tyrannus neque Dionem revocavit in patriam et grassari omni scelere coepit. Platonem vero reditum in patriam parantem non solum omnibus modis itinere prohibuit, sed etiam vexavit crudelissime, ut omnibus clarissime appareret non posse

*) De his omnibus legendus est imprimis Plutarchus l. c. cf. Tennemann. p. 54 sqq., qui rem uberius exposuit.

coire amicitiam inter philosophos atque tyrannos. Neque profecto philosophus salvus fuerat evasurus, nisi Archytas misisset Lamiscum legatum, qui commovit Dionysium, ut eum non sine munere dimitteret. Ita factum est, ut Plato anno proximo, qui est 360. a. Chr. n., maximo periculo liberatus, in patriam reverteretur *).

Septuagenarius factus non turpi consenuit otio, sed docendo et scribendo excitare et iuvare perrexit sapientiae studia. Quid quod etiam perhibetur Cyrenaeis, Arcadibus, Thebanis, Cretensibus, aliis populis, in ferendis legibus atque rebus publicis emendandis inde ab hoc tempore consilio suo affuisse? **) Nimirum qui tam multorum populorum mores, leges, instituta cognoverat, is non poterat fieri quin omnium optime iudicare posse videretur, quid ad communem civitatum singularum salutem conducere. Quanquam quae de his rebus a veteribus scriptoribus tradita sunt, ea non temere videntur pro veris habenda esse. Vellemus vero aliquid certius exploratum haberemus de via et ratione studiorum, quam illo tempore philosophus tenuerit. Ita enim etiam de libris eius illo tempore scriptis certius posset indicari, accuratiusque definiri tempus, quo litteris consignati sint. Nunc hoc tantum accepimus, eum uno et octogesimo anno scribentem obiisse adeoque in tabulis suis reliquisse initium Politiae multis modis variatum, verbis alio atque alio ordine collocatis ***). Ex quibus narrationibus, si quid iis subest veri, recte colligere videmur eum extrema aetate scriptis potioribus olim in vulgus editis limam adhibuisse. Nam qui eum suspicati sunt Politiam illo demum tempore composuisse, eos certum putamus

*) V. Plutarch. l. c.

***) V. Plutarch. ad Princip. inerud. p. 779. D. adv. Colot. p. 1126. C. Aelian. V. H. II. 46. Diog. Laert. III. 23. ibique Menag.

****) V. Cicer. Cato mai. c. 5. Euphorion et Panaetius ap. Diog. Laert. III. 37. Dionys. de compos. verb. c. 25. Vol. V. p. 209. ed. Reisk. = p. 406 sqq. ed. Schaefer. ubi v. intpp. Quintil. Inst. VIII. 6. § 64. Ex hac tamen narratione qui continuo collegerunt Platonem ad grandem usque senectutem id egisse, ut scripta superiorum temporum omnia usque limaret et perpoliret, ii profecto iudicio suo falsi sunt. Nec vero de hoc ipsius studio veteres scriptores quidquam memoriae prodiderunt.

coniectura sua a vero aberrasse. Neque tamen integros illos annos, qui usque ad vitae finem interfluxerunt, videtur unice perpoliendis libris suis impendisse, sed etiam in senectute nova condidisse ingenii monumenta. Quae qualia fuerint, etsi non potest certo definiri, tamen coniectura assequi licet. Perlustrantibus enim nobis omnem Platoniorum librorum numerum semper visum est opus de Legibus scriptum non solum senile quiddam habere, quod a ceterorum librorum vigore et venustate plurimum distaret, sed etiam confirmare narrationem eorum, qui Platonem tradiderunt, postquam tertium in patriam rediisset, animum advertisse et tanquam ex idearum meditatione remisisse ad rerum humanarum, quales re vera essent, contemplationem. Quod certe nemini mirum videbitur, qui secum reputaverit cum rerum usum, tum ipsam senectutem etiam praestantissimorum hominum animos ab iis, quae sola ingenii sublimitate attinguntur et una mentis consideratione percipiuntur, revocare solere ad sobriam cogitationem earum rerum, quae in ipsa vita humana cernuntur atque non mentem tantum, sed etiam sensus propius attingunt. Itaque philosophus quum olim mente et cogitatione plerumque in idearum doctrina esset versatus, vergente aetate potius ad hominum vitam considerandam animum adiecit, ut quasi compararet ipsam rerum veritatem cum doctrina illa, quam olim divini ingenii subtilitate atque celsitate condiderat. Quum vero, priusquam Academia relicta in Siciliam iterum navigasset, admirabile illud opus, quod est de optima civitate, composuisset, et postea animum ad res civiles aequalium suorum advertere quasi necessitate quadam coactus esset, eundem illum sapientiae locum denuo tractavit in iis libris, quos de Legibus inscripsit, in quibus ab ultima optimae civitatis forma ad ipsius vitae veritatem descendit, atque rem ita instituit, ut leges scripsisse videretur, quae possent veris civitatibus prodesse quam plurimum, quantumvis ab earum institutis multum essent diversae *). Qua in re etsi ita versatus est, ut quae de origine civitatis exposuit, ea consentiant fere cum iis, quae in Politia disputaverat, tamen quae pertinent ad exemplar illud

*) V. Legg. V. p. 739. VII. p. 807.

optimae civitatis, quod civibus proposuerat, non attigit, plurimum operae collocavit in describendis officiis et muneribus magistratuum atque institutione puerorum. Videtur autem Plato, quum libros de legibus consignaret, in animo habuisse consilium alius etiam scriptio- nis componendae, qua doceretur, quae esset optima civitatum emendandarum ratio pro varia temporum et locorum conditione *). Quem tamen librum quominus vel inchoaret vel absolveret, senectutis imbecillitas aut mors prohibuit. Obiit autem Olymp. CVIII. 1. a. 348. a. Chr. n. anno aetatis octogesimo primo **).

Et haec quidem sunt, quae de vita divini philo- sphi vel memoriae sunt prodita vel ex scriptis eius probabili coniectura colligi possunt. Quae omnia qui uno quasi obtutu consideraverint, ii tam de viri ingenio, quam de eius philosophia et scriptis rectius indicabunt, quam fieri vulgo solet. Quemadmodum enim audiendi non sunt qui Platonem singulas doc- trinae suae partes ex aliorum philosophorum placitis collegisse dicitur, ita etiam reiiciendam censemus opinionem eorum, qui illum contendentem solis ideis quasi deditum et tantum non consecratum fuisse, ab omni rerum humanarum meditatione remotum et ali- enum. Etenim tota Platonis sapientia paullatim quasi nata est ex aetatis, qua ipse vixit, institutis, moribus, opinionibus, iudiciis, adiuvante naturae bonitate, qua excelluit philosophus, ut fieri non potuerit, quin ad eadem etiam referretur, praesertim quum accederet rerum usus ex hominum multorum consuetudine col- lectus. Quum autem indefessum veritatis studium philosophum impulisset, ut superiorum philosophorum placita pervestigaret, cognosceret, exploraret, tum ingenii virtus et praestantia effecit, ut neque temere illis acquiesceret, et paullatim ad eam contenderet philosophiae perfectionem et excellentiam, quae non solum aequalibus, sed etiam posteris merito visa est prorsus singularis et paene divina.

Iam vero reputantes animo, qualis fuerit vitae cursus, quem philosophus emensus est; porro quibus

*) V. Dilthey in Examine Platoniorum librorum de Legibus p. 10 sq., qui hoc veri similiter collegit ex loco libri V. p. 739.

**) V. Corsin. I. c. p. 37. Cicero. Cat. mai. c. 5.

gradibus paullatim ad eam pervenerit sensuum et cogitatorum sublimitatem, quam ei propriam esse omnes consentiunt; denique quibus scribendi ac docendi oportunitatibus usus libros suos in publicum prodire iusserit; non temere videmur tria potissimum genera et classes scriptorum Platoniorum *) pro temporum, quibus consignata sunt, diversitate ac pro varietate argumentorum ac disserendi rationis, qua usus est philosophus, discernere et statuere.

*) Variam ac diversam omni tempore critici inierunt, scriptorum Platoniorum digerendorum atque certo quodam ordine disponendorum iungendorumque rationem. Primi editores, Al- dus et Basilicenses, secuti sunt Thrasyllum, qui auctore Scholiasta Iuvenalis ad Sat. VI. 576. p. 257. ed. Cram. coll. Sueton. Tiber. c. 14. Tacit. Ann. VI. 20 sq. intpp. ad Dion. Cass. V. II. p. 783. ed. Reimar. Fabricio Bi- blioth. Gr. Vol. III p. 190. Augusti et Tiberii aetate floruit et multarum artium scientiam professus postremo se dedit sectae Platonicae ac deinde mathesi, qua praecipue viguit apud Tiberium. Is enim teste Diogene Laert. Vit. Platon. Lib. III. §. 56. et Albino Isagoge in philos. Platon. in 11 libris Platonis secundum tetralogias distribuit ad exemplum poetae scenarum, qui fabularum tetralogias in scenam dedissent. Complexa autem secundum eius sententiam prima tetralogia est: Euthyphronem, Apologiam Socratis, Critonem, Phaedonem, secunda Cratylum, Theaetetum, Sophistam, Po- liticum; tertia Parmenidem, Philebum, Symposium, Phaedrum; quarta Alcibiadem I. et II. Hipparchum, Erastum; quinta Theagem, Charmidem, Lachetem, Lysidem; sexta Euthyde- mum, Protagoram, Gorgiam, Menonem; septima Hippiam, maiorem et minorem, Menexenum; octava Clitophonem, Politiam, Timaeum, Critiam; nona denique Minoem, Leges et tredecim Epistolas. Eam vero distributionem merum esse grammaticorum inventum, neque superioris antiquitatis fide et auctoritate niti, facile intelligitur. Nam primum qui- dem illa etiam eos complectitur dialogos, quos spurios esse et Platoni per malam fraudem suppositos hodie pro certo et explorato habetur. Deinde ea perquam est fatua et inepta, propterea quod multa identidem in unum iungit, quae per- argumentorum naturam arctius inter ipsa iungi et copulari plane nequeunt. Praeterea vero etiam ideo est vere ridicula, quia tetralogiis veterum poetarum nequaquam respondet, quando- quidem nihil in ea reperitur, quod fabulis satyricis, more tragicorum cum trilogiis Fabularum consociatis, nulla ex parte conveniat. Nec vero ad eius antiquitatem demonstrandam quidquam valet, quod Varro De Linguae Latinae Lib. VII. §. 37. ad Phaedonem respiciens haec scripsit: Plato in quarto fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat: unde fuerunt quibus tetralogiam primam Thrasylli ob oculos habuisse contenderent. Nam

Et primum quidem genus complectitur eos libros, qui scripti sunt a Platone ab eo inde tempore, quo verissime ibi Scioppius corrigendam vidit in quattuor fluminibus, quae coniectura nuper etiam Odof. Müllero unice probata est. Inepta igitur ac prope fatua est ista Thrasylli ratio. At nimirum videtur bonus homo perverso studio aemulatus esse superiorum criticorum laudes, qui opera Platonica non secundum tetralogias, ut ipse voluit, sed secundum trilogias disposuissent. Quod quidem Alexandrinae criticae aetate ita factum esse constat. Audias enim Diogenem Laert. l. c. §. 61: *Ἐποιοῦν δὲ, ὅτι ἐστὶ καὶ Ἀριστοφάνης δὲ γαμψαυκός, εἰς τριλογίας ἔκδοσι τοὺς διαλόγους.* Quod quidem eodem teste hunc in modum fecerunt. Statuerunt enim primam trilogiam confici et absovi Republica, Timaeo, Critia; secundam Sophista, Politico, Cratylo; tertiam Legibus, Minoe, Epinomide; quartam Theaeteto, Euthyphrone, Apologia; quintam Critone, Phaedone, Epistolis; cetera autem scripta promiscue ac sine ordine posuerunt, quum scilicet dividendi negotium dehinc procederet parum prospere. Nimirum probabilis sane videri potuit haec distributio, quando quidem philosophus ipse ternos sermones inter se arctius coniunctos bis promisit, primum quidem Sophistam, Politicum et Philosophum, quorum tamen postremus non sub hoc nomine, sed potius, ut videtur, Parmenidis nomine insignitus in publicum prodit; de quo v. Prolegg. ad Sophistam p. 45 sqq.: deinde etiam Rempubicam, Timaeum atque Critiam, quos apertum est arctius inter se coniunctos esse. Nihilominus autem minime errare videmur hanc quoque librorum Platonice distributionem existimantes grammaticorum arbitrio acceptam referri. Nimirum instituerunt eam Alexandrini rei librariae causa. Deducti autem in illam sunt eo ipso, quod binas trilogias librorum Platonice animadverterent tanquam exstare in propatulo, ac praeterea meminissent Platonem invenem scripsisse et in scenam inducere voluisse trilogiam tragicam; ex qua naratione, de qua v. Aelian. Varr. Hist. II. 30. ibique intpp., continuo suspicati sunt philosophum etiam dialogos suos ad trilogiarum similitudinem comparasse. At enim vero homines optimi mox ipsi senserunt, quam lubricam viam essent ingressi ideoque opus inchoatum neququam profligarunt, sed in medio reliquerunt, quippe quum probe animadverterent plerosque dialogos tam argumento quam forma et compositione ita esse comparatos, ut ad trilogiarum coniunctionem minime quadrarent. Quo magis profecto perversum videri debet eorum iudicium, qui vel nuper adhuc contenderunt trilogiarum divisionem admodum esse antiquam adeoque ab ipso Platone institutam, quo tempore senex grandaevis scripta sua perpolire et in ordinem redigere constituerit. Nam caret certe haec opinio omnino fundamento idoneo. Sed haec quidem de criticorum veterum consiliis et rationibus. Pergimus ad recentiores. Ex quibus quidem silentio transmittere placet Francisc. Patritium et Samuelem Petitem, quorum alter in Discussionibus

maxime deditus erat disciplinae Socraticae, usque ad magistri obitum et paullo post hoc tempus. Quorsum

Peripateticis Vol. III. alter in Miscellan. Lib. IV. Cap. II. de ordine librorum Platonis disputavit. Neque enim illi quidquam in medium attulerunt, quod hodie usui esse possit. Ac silentio etiam Io. Serranum transmissuri eramus, nisi Henr. Stephanus et Platonis editores Francofurtani et Bipontini ordinem Platonice scriptorum ab eo constitutum in editionibus suis essent sequuti. Etenim distribuit ille dialogos Platonis in syzygias quas dixit. Earum vero primam complecti voluit eos libros, qui ad defensionem Socraticae rationis ac doctrinae pertinerent; alteram habere censuit sermones isagogicos, qui agerent de vera philosophia oppugnarentque sophisticam; tertiam arbitratus est continere dialogos logicos; quartam ethicos generales et speciales; quintam physicos et metaphysicos; sextam epistolas et libros spurios ac suppositicios. Quae quidem satis est paucis indicavisse. Sponte enim apparet Serranum utcumque fieri posset librorum Platonice argumentorum et consiliorum habita ratione in certa quaedam genera descripsisse, sive ut ipse eos certo quodam ordine interpretatus esse videretur, sive ut legentes haberent tanquam filum aliquod, quo in studiis suis Platonice tanquam regerentur. Ac simile quiddam postea etiam alii facere conati sunt, quorum opera mentione fere indigna est. Itaque transgredi continuo placet ad eos criticos, qui nostra aetate de dialogorum Platonice ordine et coniunctione subtilius disputaverunt. Et primus quidem nostris temporibus hoc in genere studiosius elaboravit Tennemannus System. Philos. Platon. T. I. p. 115 sqq. Is enim princeps conatus est ex temporum indicibus singulis sermonibus hic et illic impressis accuratius definire, quando illi scripti et in lucem emissi essent. In quo tamen quod non adeo multum profecit, causa rei in eo quaerenda est, quod variam librorum Platonice materiam atque compositionem minus curavit neque omnino id egit, ut quaestionem susceptam profligaret ulterius aut ad exitum perduceret. Longius aliquanto progressus est Fr. Schleiermacherus Prolegg. ad Platonice Operum Interpretat. German. Vol. I. p. 3 sqq. et Praefat. ad Phaedrum. Is enim ordinem et cohaerentiam scriptorum Platonice maxime ex eorum argumentis definire constituit. Quod quidem si quaeritur qua ratione effecerit, rem pro consilio nostro quanta maxima fieri poterit brevitate exponere licebit. Anquisivit enim ille primum primarios quosdam dialogos, qui et merito germani haberentur utpote etiam primariorum gravitate firmati et placitorum quadam continuatione ita iuncti essent, ut denique universae philosophiae Platonice summam quandam conficerent. Ex quo simul haec duo effici voluit, ut et doctrinae Platonice tanquam origo ac progressio intelligeretur, singulis philosophi scriptis perpetua serie apte inter se iunctis et mutua necessitudine quasi constrictis, et quorumque aetas probabilis coniectura cognosceretur. Quocirca primariorum illorum dialogorum, qui tanquam sapien-

referimus Ionem, Alcibiadem primum, Hippiam maiorem, Hippiam minorem, Lysidem,

tae Platonicae omnis stirpem conficerent, tria genera constituit. Quorum primum esse voluit eorum librorum, qui versarentur in explicanda et illustranda dialectices natura atque virtute et quasi elementares vel propaedeutici viderentur. Quorsum retulit Phaedrum, Protagoram et Parmenidem. His vero tanquam alterum genus adiunxit Theaetetum, Sophistam, Politicum et Phaedonem, qui maxime occupati essent in scientiae humanae notione enucleanda. Tum tertium etiam genus eorum librorum statuit, qui illis, quos diximus, dialogis tanquam graviorum disputationum fundamentis superstructi essent ac de homine et rerum natura agerent a Platone aetate proveciore litteris mandati, quorsum retulit Politiam, Timaeum et Critiam, in quo scribendo teste Plutarcho Vita Solon. p. 96. E. grandaeus philosophus morte fuerit oppressus. Hos igitur undecim libros criticus acutissimus primarios esse indicavit, qui tanquam arcem omnis sapientiae Platonicae continerent et ex quorum argumentis etiam de reliquis scriptis vulgo Platoni tributis iudicium esset repetendum. Censuit autem reliquos dialogos vel spurios esse, quatenus parum aut nihil ad explendam doctrinae Platonicae summam conducerent, praesertim si etiam elegantiae laude essent destituti, in quorum numero praeter eos, qui dudum communi consensione a Platone abiudicati sunt, habendos esse statuit Hippiam I. et II. Ionem, Alcibiadem I. et II.; vel singularibus quibusdam temporibus fuisse destinatos, ut per se seorsum spectandi iudicandique essent, quales voluit esse Apologiam et Critonem; vel denique primariorum dialogorum, quos constituit, tanquam comites esse atque ministros, quorsum ab eo referuntur novem aut decem dialogi, quandoquidem Lysidem, Lachetem, Charmidem et Euthyphronem dialecticis sive propaedeuticis sermonibus quasi famulari voluit; Gorgiam porro, Menonem, Euthydemum, Cratylum et Convivium illustrandis et consummandis operibus de scientiae natura scriptis inservire arbitratus est; denique libros, qui sunt de Legibus cum Politia, Timaeo et Critia tanquam appendices connexos esse statuit. Haec igitur Schleiermachers de scriptorum Platoniorum primordiis atque interiore nexu et cohaerentia. Quae quidem omnia sicuti ingeniosissime excogitata sunt, ita etiam plurimum ad Platonem vel rectius intelligendum vel prudentius aestimandum iudicandumque valuerunt. Nihilominus autem etiam gravissimis plurimisque locum dederunt dubitationibus. Nam ut nihil dicamus de singulis dialogis, quorum argumenta et consilia vir summus saepe ideo aliorum quam quo debebat retulit, quia alios dialogos voluit ex aliis tanquam aptos et suspensos esse; primum quidem in eo visus est aliquantum a recto aberravisse, quod in iudicanda singulorum scriptorum fide et auctoritate illud imprimis spectavit, quantum quodque conferret ad absolvendum doctrinae Pla-

Charmidem, Lachetem, Menonem, Protagoram, Euthyphronem, Apologiam Socra-

tonicae corpus, quale ipse informaverat; praeterea vero etiam eo multas movit controversias, quod libros illos, quos primariis dialogis tanquam socios quosdam atque comites adiunxit, et argumentorum necessitudine arctius cum his coniunctos esse et eodem fere tempore litteris exaratos esse iudicavit, licet illi nec ad sapientiae ubertatem nec ad artis laudem et perfectionem cum iis comparandi videantur. Ut igitur vir praestantissimus multorum dialogorum anteriorem cognationem acute demonstraverit, illud quidem non videtur assecutus esse, quod ipse voluit, ut quid de Platoniorum librorum primordiis, argumentis et consiliis, fide denique et auctoritate existimandum sit, omni ex parte exploratum haberetur. Atque sensit hoc ipsum is, qui proxime post Schleiermachers rei difficillimae quaestionem denuo suscepit. Nam Frider. Astius quum facile pervidisset, quam esset lubricum ac difficile Platonem eum informare, qui tanquam praemitato studiorum itinere singulos philosophiae locos perpetuo ordine deinceps illustravisset eaque ratione dialogos alios ex aliis nexos et suspensos continua serie elaboravisset, relicta via, quam ille inierat in libro De Vita et Scriptis Platonis. Lipsiae, 1816. 8. edito, sic potius in huius rei disputatione versandum esse statuit, ut omnino Platonici ingenii tanquam species quaedam atque imago informaretur, unde Platoniorum scriptorum repeteretur iudicium eorumque origo pariter atque coniunctio ac necessitudo cognosceretur. Censuit autem Platoni eam sentiendi cogitandique sublimitatem et altitudinem fuisse propriam, ut omnia semper ad rerum divinarum idearumque meditationem retulerit, in una vitae quotidianae consideratione aut diiudicatione neutiquam substituerit, denique summae perfectionis speciem rebus humanis atque terrestribus tanquam divam quandam reginam praefecerit. Quocirca omnes illos libros, qui in dialectica rerum disceptatione ita versarentur, ut sublimitatis illius essent expertes neque mentem animumque altius eveherent ad diviniors celsiorisque sapientiae cogitationem, Platoni falso adscriptos esse arbitratus est, quo ipso magnam partem dubitationes illas de iis libris de medio sustulit, quos Schleiermachers videretur minus recte primariis Platonis operibus tanquam socios et ministros adiunxisse. Damnavit enim tanquam spurios Legum libros, Menonem, Euthydemum, Charmidem, Lysidem, Alcibiadem primum et secundum, Menexenum, Lachetem, Hippiam maiorem et minorem, Ionem, Euthyphronem, Apologiam, Critonem, ut taceamus de ceteris libellis minoribus, quos dudum ab aliis Platoni merito abiudicatos esse constat. Genuinos vero quos putavit esse dialogos, numero tredecim, quum argumentorum tum dialecticae virtutis habita ratione alio quam factum esset ordine sese excepisse atque iungendos esse iudicavit. Sunt autem hi: Protagoras, Phaedrus, Gorgias, Phaedo, quos vocat dialogos Socraticos; porro Theaetetus, Sophista, Politicus, Par-

tis, Critonem, Gorgiam. Vocari autem hi dialogi iure possunt Socratici ique elenctici atque ethici,

menides, Cratylus, quos dialecticos libros nominavit; denique qui visi sunt doctrinae rationem subtilius illustrare ac vere Platonici: Philebus, Symposium, Politia, Timaeus, Critias. Haec igitur Fr. Astius; qui licet ipse quoque multa eleganter et subtiliter de re controversa disputaverit, tamen de summa re apud paucissimos fidem invenit, quandoquidem fieri non potuit quin vel ista severitas et audacia, qua Platonem tantum non fecit dimidiatum, utpote ingenti parte scriptorum ei vulgo adscriptorum insolentius privatum, erroris suspensionem apud homines cantos et circumspectos excitaret. Nec vero defuit qui Platonis opibus suis violenter privati patrocinium susciperet. Prodiit enim mox in medium vir sobrii pariter atque acuti iudicii Josephus Socherus, Monacensis, qui in Opere doctissimo et maxima perspicuitate scripto: „Ueber Platons Schriften.“ München, 1820. 8 superioribus criticis gravissimam movit controversiam. Ostendit enim perquam dilucide, in iudicio de scriptorum Platoniorum origine, ordine, auctoritate, ante omnia id esse agendum, ut cum veterum scriptorum testimoniis iustum pretium statuatur, tum etiam vitae ac temporum vicissitudines, quas ipse philosophus expertus, diligenter respiciantur. A qua sententia profectus non modo fidem librorum Schleiermacheri et Astio damnatorum facile sustentavit, sed etiam probabiliter docuit tempora ipsa ita tulisse, ut philosophus paullatim et doctrinae rationem et vero etiam stilum atque disserendi rationem variaret. Itaque omnino quidem eas dubitationes, quae vel Schleiermacheri vel Astii ratione excitatae essent, de medio sustulisse indicandus est. Quamquam in una quaestionis parte iustis virorum doctorum desideriis non satisfacit. Neque enim satis ponderavit momenta rerum, quae in scriptis Platonice tractatae sunt. Ex quo evenit, ut neque de ordine librorum Platoniorum usquequaque satis caute statueret, ut quum Cratylum a invene Platone scriptum esse censuit, aut Ionem et Hippiam maiorem eidem Platoni aetati attribuit, qua Protagoras, Gorgias et Theaetetus scripti sint, neque de fide, et auctoritate nonnullorum librorum recte iudicaret, quandoquidem Politicum, Sophistam, Parmenidem, Charmidem, Lysidem, praeter opuscula illa minora, dudum in malam suspicionem adducta, pro subditiis esse habendos audacius pronuntiavit. Quocirca nos quidem etiam a Socheri sententia nostrum iudicium seiungendum esse putavimus. Censemus enim in hac causa diiudicanda ita esse versandum, ut et librorum Platoniorum argumenta atque consilia, et philosophi vitae vicissitudines atque studiorum tamquam cursus, et disserendi varia temperamenta, et vero etiam veterum scriptorum testimonia de libris Platonis prodita simul quam diligentissime respectentur atque ponderentur. Qua persuasione ducti autem hos fere triginta annos ea litteris perscripsimus, quae in superiore commentatione nunc, paucis mutatis, fideliter repetita exposuimus. Nec vero temere ita statuisse videmur, quan-

quandoquidem in iis id agitur, ut dum sophistica aut vulgaris disserendi ratio deluditur ac vana et inanis

doquidem ab illo inde tempore exstiterunt plurimi, qui sententiam nostram vel assensu suo comprobarent, vel etiam doctius exponerent et suis additis commentationibus ad communem doctorum hominum approbationem commendarent. Quod quidem imprimis fecisse censendus est Car. Frid. Hermannus in opere praestantissimo: Geschichte u. System d. Platon. Philosophie. Vol. I. (proh dolor unicum!) Heidelberg. a. 1839. qui licet plurima accuratius sit rimatus doctiusque exposuerit, tamen in universum nostrae sententiae plane accessit. Neque ab ea multum discesserunt, qui nuper eandem telam sibi denuo tractandam sumserunt, Car. Steinhart, in Introduct. ad Platon. Opera ab Hieron. Müllero nova interpretatione Germanica mactata, atque Franciscus Susemihl: Genetische Entwicklung der Plat. Philosophie. Vol. I. et II. Lips. 1855 et 1857. 8. Quamquam hi quoque doctrina et subtilitate sua quum singulorum librorum argumentis tum universae de eorum ortu et necessitudine quaestioni plurimum novae lucis affuderunt, qua gaudere huic demum aetati post diuturniora sapientiae Platonicae studia contigit. Quamquam nec defuerunt nuper qui aliam viam et rationem difficillimae quaestionis expediendae ingrederentur. Ex quorum numero duos nominasse sufficet, alterum G. F. W. Succowium, Wratislaviensem, in libro: Die wissenschaftliche u. künstlerische Form der Platonischen Schriften. Berlin. 1855. 8. alterum Eduardum Munkium, Glogaviensem, in opere sic inscripto: Die natürliche Ordnung der Platonischen Schriften. Berlin. 1857. 8. Et Succowius quidem postquam oratione admodum proluxa ostendit, probari sibi unice rationem Schleiermacheri, qui dialogos quosdam primarios, fide testimoniorum munitos, constituerit, unde quum ratio ac doctrina Platonis tum scriptorum eius necessitudo et coniunctio cognoscatur, improbari penitus illorum sententiam, qui lustrato vitae et studiorum cursu, quem philosophus exegerit, scriptorum Platoniorum ordinem constituerint, quoniam scilicet isto modo interior eorum nexus et cohaerentia non intelligatur; deinde eo progreditur, ut ipsum Schleiermacherum doceat ab Albino Platónico multum esse superatum, qui scripta Platonis etiam melius illo ordinarit ac disposuerit; v. p. 27sq. Itaque sese fatetur Albinum ducem sequentem disputationem institutam persecuturum esse. Quo facto examen testimoniorum, de scriptis Platonis proditorum, imprimis Aristotelis, instituit, quo secundum ipsius sententiam Hippiam maiorem, Menexenum, Politicum, Leges, Epinomidem et Critiam, Platoni per fraudem subiectos esse efficitur, siquidem Aristoteles aut etiam alii scriptores veteres, quorum auctoritati aliquid tribuendum sit, eos non diserte commemorent, vel etiam ea prodita reperiantur, unde eos non a Platone profectos esse colligere liceat, id quod imprimis in Leges convenire ait, quas spurias esse ac sub-

esse arguitur, non modo Socraticae disserendi rationis praestantia in clariore luce collocetur, sed eadem operate tecte quidem et quasi per transennas etiam illud ostendatur, quantum quum in omni cuiusque rei quaestione, tum maxime in virtutum consideratione referat, ut omnia ad scientiam, qualem Socrates informaverat, hoc est, ad communium notionum conscientiam, refe-

diticias argute ex loco Isocratis Orat. ad Philipp. p. 84. ed. Steph. = p. 93. ed. Bekker. Berol. 1823. vers. 18. et 19. demonstrare conatur, ubi scilicet Leges et Politiae non ab uno homine scriptae dicantur, quia omnino σοφιστῶν perhibeantur earum esse auctores, de Platone autem quamvis non nominato necessario cogitandum sit. Qua disputatione per multas ambages ducta denique p. 180. paucis significat germanos eosque primarios Platonis dialogos sibi hos videri: Phaedrum, Symposium, Politiam, Timaeum, quibuscum tamquam secundarii itemque procul dubio genuini consociandi sint: Phaedo, Philebus, Theaetetus et Sophista; ex ceteris autem dialogis, qui a Thrasylo in tetralogiis memorentur, quinam genuini sint, quive subditicii, amplius esse quaerendum, cuius rei iudicium omnino ex eo pendeat, ut per omnia regnet singularium notionum bipertita vel bimestris divisio (v. imprimis p. 220 et p. 421 sq.) atque trimembris partium descriptio (p. 220 sqq.), sicuti ex Phaedro fiat perspicuum. Haec igitur Succowius, qui quod sibi in ratione sua informanda Albinum ducem exstitisse professus est, de quo vide in edit. Hermann. Vol. VI. p. 150 sq. Cap. VI., ipse falsus est mirifice. Neque enim Albinus aliud quid spectavit, quam ut doceret, quomodo lectio Platonis habita ratione ipsius philosophiae (κατὰ φιλοσοφίαν) saluberrime instituenda esset (vid. Cap. IV. et V.) quare libros philosophi divisit, more veterum Platoniorum (v. Diog. Laert. III. 49) in καθαρικῶν s. πειραστικῶν vel ἐλεγκτικῶν, a quibus lectio ordiendi sit; porro in ἐπεγερικῶν, qui post illos sint tractandi; denique in δογματικῶν, qui ipsam scientiae et doctrinae laudem efficiant, ideoque physica, theologica, ethica et politica tradant. Quorum omnium apud Succowium nec vola nec vestigium comparet, qui potius Schleiermacherum sectatus Platonem nobis exhibuit mire coarctatum, ut qui non modo praestantissimis sui partibus privatus sit, verum etiam ita disserere cogatur, ut perpetuo trimembres faciat operum suorum descriptiones atque notiones semper dividat bifariam. Verum satis haec de nova ista planeque inaudita sapientia. Restat ut etiam de Munkii sententia paucis dicendum sit. Is igitur aetatem scriptorum Platoniorum plane metitur aetate ea, quam Socrates, qualis loquens in sermonibus Platonis inducitur, habere existimandus sit. Quocirca quo vel adolescentior vel aetate provecior sapiens in quoque Platonis libro loquens prodeat, eo adolescentiorem vel etiam aetate maturiorem vult ipsum fuisse Platonem, quo tempore eum

rantur vel potius evehantur. Disputatur enim in illis plerumque sic, ut quum de vi et natura alicuius rei, veluti pulcritudinis, rhapsodiae et poesis, fortitudinis, temperantiae, pietatis, disciplinae virtutis, quaestio instituatur, tamen nihil certi affirmetur, sed opiniones rerum vulgares ac notiones temere animis susceptae facete rideantur et captiose redarguantur; sophistae

litteris consignaverit. Ex quo effici vult, ut primus dialogus, quem Plato scripserit, Parmenides, postremi autem libri ab eo litteris consignati, exceptis Legibus et Menexeno, Euthyphro, Apologia, Crito et Phaedo fuisse existimandi sint. Quod nobis quidem, considerato librorum illorum argumento, artificio et consilio, nulla ex parte verisimile videtur. Constituit vero tres tanquam dialogorum ordines. Quorum primum quidem voluit illa complecti tempora, quibus Socrates adversus falsam aequalium sapientiam decertaverit; ad quem refert dialogos complures sic sese excipientes: Parmenidem, Protagoram, Charmidem, Lachetem, Gorgiam, Ionem, Hippium maiorem, Cratylum, Euthydemum, Symposium: quos quidem libros quinquennio intra a. 389 et 384 a. Chr. n. a Platone scriptos esse censet. Iam vero secundum ordinem vult eorum temporum periodum continere, quibus Socrates ut verae germanaeque sapientiae magister in medium prodierit; ad quem pertinere arbitratur: Phaedrum, Philebum, Politiam, Timaeum et Critiam, scriptos illos secundum ipsius coniecturam septennio intra a. 483 et 470 a. Chr. n. Denique tertium ordinem eorum dialogorum constituit, in quibus Socrates is inducatur, qui veritatem doctrinae suae confutandis contrariis opinionibus adeoque morte, quam pro ratione sua occubuerit, certius confirmaverit. Huic vero dialogorum generi accenset Menonem, Theaetetum, Sophistam et Politicum, Euthyphronem, Apologiam, Critonem et Phaedonem, quos putat post annum 470 a. Chr. litteris consignatos esse, h. e. inde ab ea aetate, qua ne Socrates quidem iam natus erat, nedum discipulus eius, Plato, quem anno demum 429. a. Chr. n. lucem adspexisse certum et exploratum habetur. Ex quo item existimari potest, quo iure Munkius Phaedrum, Philebum, Politiam, Timaeum et Critiam intra annos 483 et 470 a. Chr. n. editos putaverit, quo certe tempore Plato nullus fuit, ut facile intelligatur criticum temporum rationes incredibiliter conturbavisse. Iam vero etiam scripta quaedam Platonica existere arbitratur, quae cyclo illi, quem ipse constituit, minime congruant, in quo numero haberi vult Alcibiadem I., Lysidem et Hippium minorem; postrema autem opera cyclis suis non inscripta esse putat Menexenum, utpote post a. 387. editum, atque Leges circa a. 367. a. Chr. n. scribi coeptas. Verum satis haec de consiliis criticorum, quibus Platoniorum operum vel originem vel coniunctionem ac necessitudinem indagare atque demonstrare conati sunt. Ex quibus omnibus iam aperit erit, quid in hac causa hactenus omnino actum sit.

autem et homines vana sapientiae opinione inflati aut nimium argutiis suis dediti erroris convincantur et ad ignorantiae confessionem adigantur. Quod tamen callidissime fere ita instituitur, ut rerum in disceptationem vocatarum vera ratio tanquam notis quibusdam atque signis prodatur, ipsis iis, quibuscum sermo habetur, plerumque id ne sentientibus quidem. Nimirum ista ratione non modo facete deluduntur, qui pravae dialecticae et falsis opinionibus dediti sunt, sed etiam dialectica Socratica fit illustrior, siquidem legentes per eam tecte ad rectam veramque rerum notionem inveniendam instituuntur mentis cogitatione a rebus externis atque visis, in quibus istiusmodi homines ipsique sophistae fere haerebant, ad innatas quasi animis rerum species et communes notiones tractata. Iam vero quod ad hoc genus dialogorum etiam Apologia Socratis atque Crito accesserunt, quae opera non multo post Socratis mortem videntur in lucem prodisse, sistunt hi libri nobis etiam ipsum Socratem tantum non ad ipsius vitae veritatem adumbratum atque descriptum. Informatur enim ibi ille talis, qualis in illis dialogis fere esse solet, qui per totam vitam hominum quum aliorum, tum imprimis virorum civilium et sophistarum errores et vanas opiniones confutaverit; scientiam, hoc est, certas exploratasque rerum notiones acquisiverit; veritatem virtutemque ubique sectari consueverit; denique veri rectique conscientiam certamque de eo animi persuasionem tanquam optimam recte et cum virtute vivendi ducem constanter sequutus sit, ita ut non modo boni hominis, sed etiam boni civis munere et officio perfecto defunctus esse iudicari debeat. Quae certe nemo erit quin sponte videat, quam arcte cum argumentis et consiliis superiorum librorum conveniant, siquidem ille tanquam exemplo suo revera comprobasse fingitur, quae in illis disputata leguntur. Sunt igitur hi libri, ut diximus, ad unum omnes vere Socratici, siquidem et Socraticam disserendi rationem, pravae dialecticae oppositam, depingunt, et scientiae Socraticae vim in omni philosophandi genere maximeque in virtutis iudicio declarant ac patefaciunt. Nec vero Gorgias ab hoc scriptorum Platoniorum genere ullo modo segregandus est, qui et ipse non multo post obitum Socratis videtur scriptus esse valetque etiam

ad eius defensionem. Docetur enim in eo oratione disertissima, artem civilem atque rhetoricam, qualem imprimis Gorgiae disciplina commendavisset, prorsus alienam esse a veritate atque honestate omninoque turpem ac perniciosam, ac propterea a viro sapiente spernendam potius quam sectandam et exercendam; qua ratione Plato videri debet etiam sua ipsius consilia defendisse, qui Socrate interempto apud animum constituerat a republica abstinere atque privatim degere vitam, quo liberius studiis philosophiae operam impendere liceret. Quamobrem sponte intelligitur hunc librum tam cum Menone, non multo ante Socratis condemnationem scripto, quam cum Apologia Socratis et Critone arctissima contineri coniunctione ac necessitudine.

Atque haec quidem de primo genere librorum Platoniorum, quos quoniam Plato litteris exaravit, quo tempore uni maxime disciplinae Socraticae deditus erat, merito dicere licebit Socraticos. Habent autem illi sibi non pauca tanquam prava atque propria, quibus veluti signis quibusdam suis a ceteris scriptis Platonice dignoscantur. Nam formam eorum ubi primum spectamus, prope omnes prae se ferunt miram quandam quum compositionis tum doctrinae simplicitatem atque perspicuitatem Xenophontae haud absimilem, quanquam ut quique sunt posteriore aetate scripti, ita etiam ad maiorem artis perfectionem propius accedunt, quae laus perfectionis maxime Protagorae atque Gorgiae tribuenda est. Praeterea formae habita ratione etiam eo sunt conspicui, quod sunt fere *πειραστικοί* et *παιδευτικοί* (Diog. C. III. 49.). Nam quum in iis varia tractentur argumenta, tamen nihil videtur certius exquiri et ad perspicuitatem usque explicari. Versantur enim omnia in utramque partem: nam argute vexantur colloquentium opiniones et tanquam vanae et inanes exagitantur; exploduntur notiones rerum ab iis conceptae; labefactantur et revelluntur definitiones, quas proponunt, atque saepe iterum iterumque in disceptationem vocantur; quin etiam ipsi colloquentes, imprimis homines vana sapientiae opinione inflati atque acutuli et gloriosi sophistae, ut temerarii sapientiae ac virtutum professores, acerbissime saepe traducuntur et erroris convicti ad turpis ignorantiae confessionem adiguntur.

Itaque legentes postremo sese ipsi quoque sentiunt fere consilii inopes relinqui, quandoquidem nihil quidquam videtur disputando effectum esse. Nimirum exploditur isto modo vulgaris ac sophisticæ dialecticæ, quæ per ludibrium quoddam suis ipsius armis impugnatur, illustraturque vis disserendi rationis Socraticæ, quæ, etiamsi captiosis sophistarum utatur cavillationibus, tamen talis esse iudicatur, ut suis ipsa sustentata praesidiis de vana adversaria facile reportet victoriam atque legentium animos ad veritatis quaestionem rectius prudentiusque suscipiendam instituat. Sed hæc quidem de forma horum dialogorum; nam de ornatu scenico, de artificiosa dialogi tractatione, aliis rebus similibus, et alibi diximus, nec opus est ut hoc loco de industria exponatur. Addimus igitur nunc pauca de iis, quæ materiae habita ratione iis propria videantur. Et hic quidem ante omnia diligentissima adimadversione dignum censemus, quod quum in his sermonibus nihil certi explorari ac doceri videatur, tamen revera docentur res longe gravissimæ. Nam primum quidem callidissime fere sic institutum est, ut rerum in disceptationem vocatarum ratio et natura tecte et ne sentientibus quidem iis, qui cum Socrate colloquuntur, significetur, ita ut legentes ipsi, quid verum sit, indagare atque reperire queant. Quocirca etsi in Lachete et Charmide nihil de fortitudine et temperantia, in Hippia maiore nihil de pulcritudine, in Lyside nihil de amicitia doceri videtur, tamen, si verum quaerimus, longe sunt gravissima, quæ ad rectas de iis notiones informandas ibi tanquam clam et furtive prudentioribus suppeditantur, praesertim quum non pauca etiam negando certius definiantur. Deinde his libris etiam illud gravissime admonemur, omnis scientiæ principium et fundamentum in una scientia, i. e. veri persuasionem ex communibus notionibus vel ideis oriunda, positum esse, ad quam omnia ita revocanda et provehenda sint, ut germana dialectica utamur, quæ sit ipsius illius scientiæ indagatrix, eoque vulgarem ac sophisticam dialecticam longissime superet, quod neque in visis et rebus adspectabilibus haereat neque fraudulentis utatur persuadendi artibus, sed tota ad veri scientiam attemperata sit et in indagandis rerum notionibus hominum mentibus tanquam a natura ingeneratis versetur. Hoc

igitur illud est, quod materiae habita ratione primum fatendum est his dialogis proprium esse, quod quidem haudquaquam errare videmur tantum esse iudicantes, ut in hac ipsa re omnis doctrinae Platonicae tanquam initium et principium contineri existimandum sit, sine cuius notitia nec reliquæ illius partes aut plane intelligi aut recte iudicari queant. Nimirum multum profecto iudicio suo falsi sunt, qui quæ posterioribus temporibus philosophus condidit ingenii sui monumenta, ea ab hisce Socraticis scriptis tanquam omnino diversa longo intervallo segreganda et tantum non prorsus divellenda putaverunt. Neque enim Plato postea neglexit aut reiecit quæ olim erat commentatus; immo ea magis perfecit, explevit, consummavit, ita ut quæ postero tempore et ætate maturiore etiam opibus aliorum philosophorum, imprimis Megaricorum et Pythagoreorum, sustentatus excogitavisset maiora atque ampliora, ea illis tanquam primis fundamentis superstrueret. Sed satis de his. Pergimus ad aliud quid, quod hisce libris Socraticis, de quibus agitur, proprium dicere liceat. Explicantur enim in iis atque perquiruntur singuli tantum philosophiæ loci, qui nulla fere inter se coniuncti sunt argumentorum continuatione, qualis sane in operibus Platonis postea scriptis magnam saltem partem animadvertitur, ut ne quaestiones quidem de virtute eiusque formis ac partibus institutæ arctius inter se coniunctæ sint. Nimirum istud quidem apertum est more plane Socratico ita factum esse, quandoquidem virum sapientissimum constat de rebus diversissimis liberius disputare solitum esse, prouti ferret variorum temporum opportunitas. Hoc igitur ipsius exemplum etiam Plato imitatus est, et imitari tanto rectius potuit, quod illo tempore non id egit, ut aliquod doctrinae systema conderet, sed satis habuit ostendere, quantum ad virtutem ac sapientiam vel veritatis cognitionem referret, ut vera scientia ubique spectaretur atque recta disserendi ratio, quæ ad illam perduceret, usurparetur. Omnino vero hic monuisse iuvabit falsos esse iudicio suo, qui nobis Platonem finxerunt iuvenem aliquem philosophiæ professorem, qui quo tempore philosophari coeperit, debuerit iam in compendio consignata habere quæ ordine deinceps esset traditurus. Neque enim compendiarium fuit Platonis sapientia, sed tempore pro-

cedente libere nata, quae quum naturalibus ingenii dotibus, tum doctrinae studiis temporum opportunitatibus adiutis denique ad eum florem adolevit, quem postea est consecuta. Quanquam divinum viri ingenium iam ab initio certum quandam tenuit cursum, quo persequendo denique ad celsam illam sapientiam pervenit, quam non modo aequales, sed etiam posteri iusta admiratione prosequuti sunt. Iam vero his ita expositis etiam alia quaedam memorasse iuvabit, unde horum librorum et proprietates et origines accuratius cognoscantur. Quorsum primum referimus, quod sane animadversione est longe dignissimum, quod in iis Platonicae de ideis doctrinae, qualem philosophus postea informavit, vix tenuia quaedam, immo vero nulla reperiuntur vestigia. Spectantur enim notiones generales et communes non iam μεταφυσικώς, ita ut iis tribuatur τῶν ὄντων sive τῶν ὄντος ὄντων vis et natura, sed more fere Socratico logice explorantur tanquam merae mentis notiones; de quo discrimine v. etiam Aristotel. Metaph. XIII. 4. coll. 1. 6. Nimirum οὐσίας naturam Plato postea demum ideis impertivit, quo tempore Socraticam rationem consociare coepit cum Megaricorum de ente placitis ab Eleatis repetitis. Quanquam fatendum est eum iam in Charmide et Lachete prope ad eam rationem accessisse adeoque in Euthyphrone ἰδέαν et εἶδος de mentis notionibus dixisse. Quod tamen nemo mirabitur, qui etiam meras mentis notiones rerum quasi imagines atque species perfectas exstare meminerit. Sed huc accedit denique etiam aliud quid, quod his libris, quamvis multis atque amplitudine sua insignibus, proprium esse iudicari debet. Quippe nulla dum in iis reperiuntur doctrinae Pythagoricae accuratius cognitae indicia. Quod certe eiusmodi est, ut iure inde suspicari liceat philosophum, quo tempore eos litteris consignaverit, nondum interioribus scholae Pythagoricae sacris fuisse initiatum. Quod quidem eo confidentius ita statuere licet, quo studiosius ipsum novimus in Politico, Parmenide, Politia, Timaeo, Legibus, aliis libris, Pythagoreorum doctrina suam rationem exornasse et locupletavisse. At enim vero cognovit ille postea demum, quum in Italiam inferiorem et Siciliam profectus est, testibus locupletissimis si qua fides est (v. Proll. ad Politic.), Pythagoreorum

placita accuratius, ut mirandum non sit eum aetate adolescentiae eorum copiis, si quae ipsi suppetierint, neutiquam usum esse.

Atque haec quidem de hoc genere scriptorum Platonis, de quibus ideo exposuimus paullo uberius, quoniam eorum auctoritas atque fides nostra aetate a viris doctissimis saepe in dubitationem vocata est. Breviores erimus de ceteris philosophi operibus, praesertim quum iam in superioribus exposuerimus, quorsum ea omnino tendant et quomodo inter ipsa cohaereant. Progredimur igitur ad secundum ordinem operum Platoniorum, ipsis temporum, quae philosophus expertus est, vicissitudinibus quasi designatum atque circumscriptum. Complectitur enim ille libros eos, quos Plato inde a tempore Megarensi maximeque confectis primis itineribus inde ab reditu in patriam, ex quo philosophiam in Academia tradere coepit, usque ad alteram in Siciliam profectionem vel litteris consignavit vel in lucem publicam emisit. Qui quidem videntur ita inter se iuncti esse, ut hoc fere ordine in publicum prodierint: Euthydemus, Cratylus, Theaetetus, Sophista, Politicus, Parmenides, Phaedrus, Menexenus, Symposium, Phaedo, Philebus, Politia, Timaeus, Critias; id quod apparet vel ex eorum argumentis, vel ex temporum vitaeque vicibus, ad quas philosophus scribendi consilia direxit et accommodavit, vel etiam ex disertis ipsius significationibus, quandoquidem Theaetetum, Sophistam, Politicum et Philosophum iunctos voluit, itemque Rempublicam, Timaeum et Critiam arctiore quodam vinculo colligavit. Et septem quidem libri, quos supra posuimus, priores Plato ab eo inde tempore vel litteris exarasse vel commentatus esse videtur, quo relictis Athenis aliquamdiu Megaris commoratus est. Inter quos quod etiam Euthydemum et Cratylum numerandos putamus, quos olim prius scriptos esse iudicavimus, habemus huius sententiae nostrae causas, ut videtur, satis idoneas. Nam primum quidem illi cum forma tum materia a libris superioris aetatis aliquantum discrepant, licet eos item fatendum sit cum Socratica de scientia doctrina arctissimam habere coniunctionem ac necessitudinem. Deinde transitum quasi parant ad quaestiones de variis scientiae rationibus, quae in

proximis Platonis scriptis artificiosissime cum disputationibus de Sophista, Viro Civili et Philosopho adhibita etiam disserendi ratione Megarica iunctae et consociatae sunt. Nimirum credibile est sane Platonem, quum primum venisset ad amicos Megarenses, graviter fuisse eorum sermonibus admonitum, ut non modo de rationibus et caussis scientiae meditaretur subtilius, verum etiam de eristica disserendi ratione, quae maxime varietate significationis vocabulorum niteretur, quaereret accuratius. Quod ipsum in Euthydemo et in Cratylo fecit. In illo enim eristics sophisticae eiusque maxime Protagoreae imaginem perquam facete et ridicule ad vivum descriptam exhibuit atque luculente simul docuit veram ad sapientiam et virtutem institutionem nequitiam in callido acutarum conclusiuncularum nectendarum artificio maxime ex verborum ambiguitate repetito contentam esse sed vera absolvi philosophia, quae in scientiae vel idearum acquisitione cernatur, quaeque una cum veri cognitione etiam rectum rerum usum afferat, ut una atque sola pro vera arte regia ducenda sit. In Cratylo autem item proposuit imaginem et picturam sophisticorum etymologiae studiorum, eristics imagini in Euthydemo propositae adeo cognatam atque similem, ut facile appareat utrumque dialogum arctiore quadam necessitudine contineri. Nimirum taxavit in hoc libro philosophus etymologiae studia sic, ut nomina pariter atque res ipsas ad ideas, quibus subiecta sint, referri oportere ostendatur, ut ex his demum veritatis scientia et cognitio proficiscatur. Itaque uterque liber eo videtur pertinere, ut perstringendis artibus quaerendi disserendique sophisticis, maxime Protagoreis, quasi oblique tangatur etiam ea disserendi ratio, quam usurpabant Megarici, utpote illis eo maxime similis, quod ipsa quoque callidas ratiunculas suas argutasque conclusiones imprimis ex vocabulorum variis significationibus atque multiplici linguae usu repetebat. Ad haec autem accedit, quod philosophus in his sermonibus primum de ideis sic loquitur, ut iis ex sententia Megaricorum etiam *ovaiav* attribuerit, de qua re v. Euthydem. p. 301. coll. Prolegg. nostris ad Euthyd. p. 41. et Cratyl. p. 439. D. ibique commentar. nostros. Itaque verisimillimum est sane hos dialogos ab eo scriptos esse initio fere tem-

porum Megarensium adeoque tum etiam in lucem publicam emissos. Quibus evulgatis fieri demum potuit, ut postea ipse in Sophista, Politico et Parmenide, vitiis argutae et captiosae eristics notatis, disserendi rationem Eleaticam vel potius Megaricam eamque in melius mutatam prudenterque temperatam ad suas quaestiones traduceret adeoque viam quasi praeiret, qua illa esset utilius utendum. His vero ita dilucidatis postea accessit etiam propius ad quaestiones longe gravissimas et cum aliarum rerum disputationibus passim artificiosius perplexas de scientiae vi atque idearum ratione, quam doctrinae suae partem in Theaeteto, Sophista, Politico et Parmenide explicavit. Quod quomodo fecerit, alibi disputatum est. Hoc loco illud tantum monendum putamus, de quo fusius exposuimus Diatribe in Politicum Platonis Lips. 1840. sumtibus Fritschii edita, p. 20 sqq.—37. Theaeteti et reliquorum dialogorum cum eo coniunctorum scriptionem Megaris quidem susceptam nec tamen ibi profligatam esse, quandoquidem Politicus et Parmenides vel propter sapientiae Pythagoricae vestigia in iis conspicua sine dubio eo demum tempore absoluti sunt, quo philosophus familiaris cum Pythagoreis conversatus erat. Sed de his aliisque similibus conferas Diatriben nostram l. c., cui non meminimus quenquam hac in parte refragatum esse. Iam post hos dialogos, in quibus Platonis de ideis doctrina eatenus est perfecta magis et consummata, quatenus ideae Megaricorum, rigidae illae, immotae et omnis communionis expertes, cum universis mentis humanae notionibus, Socrate duce exploratis, tanquam consociatae eaque ratione vivae vegetaeque factae sunt, ita ut non modo omnem scientiam et cognitionem veritatis efficere, sed etiam omnis essentiae vim caussamque continere existimandae essent; post hos, inquam, libros, qui sunt de scientiae rationibus atque ideis, proxime deinceps in lucem prodiit Phaedrus, scriptus ille, quo tempore Plato ex diuturnis itineribus in patriam redux factus philosophiam in Academia docere constituerat, et paullo post tanquam supplementi cuiusdam loco Menexenus; prodierunt item Symposium et Phaedo. In quibus quidem libris, sicuti iam antea significavimus, quum alia disputantur, tum imprimis etiam illud agitur, ut

animi vis divina et aeterna natura in clara luce ponatur eoque ostendatur, animos humanos utique idearum ac rerum divinarum esse capaces. Ex quo sponte apparet, quonam vinculo Phaedo cohaereat cum Phaedro ac Symposio; versatur enim et ipse in asserenda animorum sempiternitate, unde philosophiae omnis dignitas atque praestantia intelligitur. Itaque hi libri omnes multum sane discrepant ab iis, quos primam classem volumus conficere. Nam ut nihil dicamus de sermonum moderamine deque usu dialectices, longe ab illis diverso, primum quidem non tantum in refellendo, sed etiam in docendo versantur, quandoquidem certos quosdam philosophiae locos satis perspicue exponunt et illustrant; deinde non tantum communes mentis notiones noverunt, sed ideas habent omnis tanquam essentiae causas atque effectrices, quae non modo logice cogitantur, sed etiam metaphysice intelliguntur; denique etiam doctrinae Pythagoricae interioris et reconditoris vestigia referunt plurima, qualia certe in Politico, in Parmenide, in Phaedro, in Symposio et in Phaedone tam manifesta exstant, ut etiam non exigua pars doctrinae Platonicae Pythagoricis placitis nitatur vel cum iis in unum coniuncta sit. Nec vero desideratur plane argumentorum quasi quaedam continuatio et progressio, qualis sane in scriptis Socraticis minus animadvertitur. Quanquam philosophus hic quoque in iis continuandis more suo versatus est liberius, quippe qui de condendo aliquo doctrinae suae systemate nihil plane cogitaverit. Atque haec quidem omnia conveniunt etiam in quattuor huius ordinis reliqua opera, Philebum, Rempublicam, Timaeum, Critiam, in quibus, sicuti iam supra indicatum est, id agitur, ut vel qualibus signis et argumentis summi boni idea sese in vita singulorum hominum tanquam conspiciendam praebet, exquiratur, vel qualis ipsa in optimo homine et in optima civitate itemque in universa rerum natura emergat, copiosius disputetur. Verum satis haec de libris Platonis, quos alteri scriptorum Platoniorum generi adscribendos putavimus. Qui quidem libri quoniam scripti sunt a Platone ea aetate, qua pervenerat ad summam doctrinae et eruditionis maturitatem omnesque illius partes explicatas animo tenebat, facile patet eos, qui cupiant vel doctrinam Platonis cognoscere vel eius rationem

explicare et interpretari, sese dare oportere ad hos potissimum lectitandos. Qui quanquam ipsi non ita inter se cohaerent, ut perpetua serie doctrinae quendam quasi orbem conficiant, tamen quid Plato de rebus humanis ac divinis senserit, optime declarant, ut tantum non pro sede ac domicilio decretorum Platoniorum habendi videantur.

Sed in eam disputationem quo minus nunc digrediamur, instituti nostri finibus prohibemur. Itaque restat, ut libros de Legibus tertiam scriptorum Platoniorum classem conficere, cetera autem omnia, quae vulgo Platoni tribuuntur, eius ingenio indigna videri verbo moneamus. Neque enim copiosiore opus est disputatione. Nam de Legibus supra satis dictum; de Epinomide autem, Alcibiade II., Theage, Amatoribus, Hipparcho, Minoe, Clitophonte, Eryxia, aliis, iam a Meinersio, Tennemann, Boeckhio, Schleiermacher, Astio, ita disputatum est, ut eos a Platone abiudicandos esse non possit dubitari, nisi ab imperitis homuncionibus.

Et haec quidem de Platonis vita, doctrina, ingenio et scriptis. Quae quidem abunde sufficerent huius descriptionis consilio, nisi aliquid addendum videretur de scriptorum Platoniorum forma ac disserendi ratione*). Est enim haec cum ipsis librorum argumentis adeo coniuncta, ut qui eam negligant, nullo modo pervenire possint ad plenam perfectamque sententiarum Platoniarum intelligentiam.

Quum igitur natura in Platonis ingenio summum veri studium cum acerrimo pulcri venustique sensu copulavisset, ita ut mature ad poesin animum adiiiceret, factum est, ut nec postea, quum se totum philosophiae dedisset, pristinum poesis amorem deponeret, sed eum ad philosophiae studia transferret cum iisque coniungeret. Vidit autem philosophiae institutionem plurimum lucri capturam esse tum ad suavitatem et iucunditatem, tum ad disserendi vim et gravitatem, si ei quasi vitam motumque adiungeret totamque ad humanae naturae captum accommodaret. Quod quidem

*) De Platonici dialogi natura nuper disputavit eximie Heusdius *Init. Phil. Vol. II. P. I. p. 151. sqq.*

effecit adhibendo dialogo. Quem etsi ad similitudinem sermonum Socraticorum conformavit, tamen exemplo poetarum tragicorum, comicorum, mimicorum, quorum rationem mature perspexerat, ad artis praecepta et verisimilitudinem vitae communis revocavit et excoluit, ut verissime iudicaverint differre huius dialogos ab aliis et Socraticorum et ceterorum philosophorum omnium dialogis tantum, quantum viva corpora a statuis. Et hanc quidem eorum pulcritudinem qui penitus animo velit percipere, eum nec negligere oportet externam ipsorum formam ac speciem, et diligentissime attendere animum ad disserendi viam et rationem, quae artem in iis habet prorsus singularem et admirabilem. De qua utraque re paucis dicendum est.

Itaque externam sermonum Platoniorum formam nemo ignorat fere eam esse, quae prope accedat ad fabularum scenicarum speciem et similitudinem. Nam scena in iis constituta est certo tempore et loco, ubi res agitur. Introducuntur personae inter se colloquentes, quarum ingenium, mores, vitae conditio, sentiendi, iudicandi, dicendi ratio prorsus ad ipsius vitae veritatem describuntur et exprimuntur. Praeterea disputationem colloquentium non inepte comparaveris cum actione, qualis est dramatica. Habet enim initium, progressum, digressiones, exitum; habet pro consiliorum varietate sublimitatem, gravitatem, urbanitatem, festivitatem, inopinatas conversiones, denique omnia, quae in dramaticis fabulis reperiuntur, ita ut inter legendum non subtilem aliquam disputationem de philosophiae doctrina audire videaris, sed fabulae alicui, tragicae, vel comicae vel satyricae, spectator interesse. Accedit, quod oratio saepe est plane poetica, crebris imaginibus ac similitudinibus distincta, adeoque ornata involucris fabularum, quibus philosophiae placita proponuntur atque firmantur*). Quum vero sit lex quum ceterarum artium omnium, tum poesis imprimis, ut cum rerum varietate, quae

*) De mythis Platonis, de quibus nuper quoque exstiterunt qui multa mirabilia comminiscerentur, breviter diximus Praefat. ad Phaedrum p. CXXXV. sqq. Nimirum sunt illi nihil aliud nisi poeticae et religiosae picturae status et condicionis alicuius, qualem poni atque statui ideae alicuius certius intellectae ratio postulat.

afferat delectationem, etiam coniuncta sit et quasi copulata unitas, quam vocant technici, hoc est omnium ac singularum partium quasi consensio quaedam, effecta illa eo, quod omnia ad unum eundemque finem referuntur; poeta philosophus etiam hac in re admirabilem artem adhibuit, qui omnia illa, quae varietatis habent delectationem, ita uni sermonis consilio et fini accommodaverit et attemperaverit, ut nihil inepte intrusum sit, nihil moleste desideretur, cuncta inter se quasi amica quadam consensione concordent et principi argumento sermonis illustrando inserviant. Ac tanto plus lucis externa illa dialogi species ipsi disputationi afferre solet, quod ea ita est comparata, ut non mero ingenii lusu inventa, sed plerumque ad ipsam vitam hominum, qualis illa aetate fuit, conformata sit et attemperata. Quum enim omnis Platonis ratio et doctrina paullatim nata esset ex aequalium sentiendi, cogitandi agendique ratione, neque fieri ullo modo posset, quin ad eandem referretur, sermonum suorum ornatum ita ille delegit et instruxit, ut ad sophistarum, philosophorum, virorum civilium, denique aequalium mores, instituta, placita, opiniones respexerit. Itaque sophistis fastum, arrogantiam, inanem doctrinae ostentationem tribuit, pariterque mores aliorum hominum, quos loquentes introduxit, ita describit et quasi effingit, ut imaginem eorum tanquam mentis oculis cernere videamur.

Atque hoc loco etiam aliquid dicendum est de Socrate, quem Plato non solum ad ipsam veritatem depinxit, sed tanquam perfectum sapientem loquentem facit. Quam quidem rem obtrectatores eius reprehendunt acerbissime*). Dicunt enim illi Socratem aut aliis plane moribus quam quibus revera praeditus fuerit ornari debuisse, ut statim intelligi posset ei affingi aliena, aut, virtutibus eius ad ipsam veritatem descriptis, debuisse sic induci, ut etiam ingenium ipsi proprium fideliter depingeretur. Verum enim vero qui Platonem hanc ob causam reprehenderunt, ii, quid leges artis poeticae exigant, non videntur satis perspexisse. Quum enim philosophus in sermonibus suis primas ad Socratem, in quem tanquam perfectum

*) Diog. Laert. III. 36. Athen. V. 18. XI. 15.

sapientem intuebatur, deferre constituisset, eum plane alium facere profecto non potuit, propterea quod id verisimilitudinis legibus erat contrarium. Exhibuit igitur eius mores et rationem ad ipsam vitae veritatem descriptos. Atque facere hoc potuit eo maiore iure, quod viri virtutes erant tam variae et multiplices, ut tum gravitati et sublimitati, tum hilaritati et festivitati sermonum plane essent accommodatae *). His autem eius virtutibus quod adiuncta sunt placita et decreta, quae certum est ipsum non tenuisse, hanc licentiam poetico philosophi ingenio eo facilius condonandam arbitramur, quo clarius patet Socrati ipsius Platonis doctrinam tribui, et quo certius constat eam rationem cum pietatis testificatione fuisse coniunctam, ita ut fraudis suspicio nemini nisi malignis eius obtreptatoribus in mentem venire potuerit.

Quod autem Socrati, primas agenti, ipsius Platonis placita tribuuntur, idem iudicandum est etiam de aliis philosophis, quos disserentes induxit et ex quorum doctrina philosophus profecit, imprimis de Parmenide et Timaeo. Nam quae illi in libris ipsorum nomine inscriptis disserunt, ea certe cum ipsorum decretis haudquaquam omni ex parte consentiunt, sed continent Platonis sententiam ad eorum rationem adumbratam. De qua re quia perspecto demum Parmenidis et Timaei argumento recte potest iudicari, alio tempore et loco dispiciemus. Nunc pauca addamus de alia fingendi licentia, quam Platoni vitio verterunt eius obtreptatores, imprimis Athenaeus **); quo facto ad alteram huius disputationis partem progrediemur.

Dicitant enim illi temporum rationem saepe numero ab eo ita esse neglectam, ut omnia mirifice perturbaverit, eiusque sententiae argumenta repetunt ex Convivio, Phaedro, Parmenide, Menexeno, Protagora, aliis sermonibus. Ac profecto negari non potest Platonem in personis suis informandis subinde aetatis convenientiam neglexisse adeoque ea interdum commemorasse, quae illo tempore, quo colloquium ha-

*) V. ipsum Platonem Sympos. c. 32. sqq.

**) Deipnos. V. 18. ibique Casaub. p. 217. C. cf. Menag. ad Diog. Laert. III. 35. p. 152.

bitum fingitur, nondum evenissent. Sed quid postea? Num id pro vitio recte potest haberi, quod non solum poeticae libertati est consentaneum, sed ne caret quidem idonea causa et ratione? Neque enim reperimus philosophum temere illa usum esse libertate, sed vel propterea, quod res ipsa ac disputationis argumentum flagitabat, vel quia obscure voluit significare tempus, quo sermones scripti atque editi essent, vel aliis etiam de causis, quas enumerare longum est. Accedit, quod illa licentia usus est tanta moderatione ac sollertia, ut nunquam artis leges violaverit aut neglexerit. Sed haec breviter monuisse sufficit: quae si copiosius vellem exponere, vereor, ne longiore opus esset disputatione quam pro nostro consilio. Itaque accedamus ad internam dialogi Platonici formam paullisper considerandam.

Internam autem dialogi formam intelligimus ipsam disserendi viam et rationem, quae in eo regnat. Quae quidem vel ad omnes ac singulas dialogi partes pertinet, vel in descriptione universi argumenti, sapienter et ad artis praecepta tractati, cernitur. Itaque patet duplicem esse debere nostram de internis sermonum Platoniorum virtutibus disputationem, ut quae vel ad ea referatur, quae per omnes ac singulas eorum partes diffusa sunt, vel ad universae disputationis artem ac descriptionem pertineat.

Et in singulis quidem partibus praeter ceteras virtutes, quae Platoni communes sunt cum aliis Socraticis, praecipue eminent illud disserendi artificium, quod prorsus est accommodatum vel ad errores vanorum hominum confutandos, vel ad studia discentium iuvanda et quasi arte obstetricia ex parturientibus eorum ingeniis notiones involutas eliciendas. Nam tantum abest, ut apud Platonem, id quod apud nostros fere reperias, omnia proponantur tanquam iam satis explanata, argumentis demonstrata, certoque ordine inter se iuncta, ut inter legendum, quid verum sit, quid falsum, tuo ipse ingenio anquirere et investigare cogaris et ad veri quaerendi studium mirifice impellaris. Etenim notiones mentis complicatae paullatim evolvuntur; quae sunt difficilia et impedita exquiruntur pedetentim; denique res, quae tractatur, in tam varias partes versatur, ut legentium ingenia non possint non agitari, agitatione exerceri, exercitatione subigi et ad

verum inveniendum conformari. Quae quidem res quis est quin videat quantum afferat legentibus vel utilitatis vel delectationis? Itaque legas mihi Platonis doctrinam ab recentiore aliquo philosophiae veteris scriptore expositam: mediocriter afficeris, parum didiceris, neque ingenii vim aluisse vel excitasse magnopere videberis. At quantum fructus atque voluptatis capies ex ipsa dialogorum eius lectione? quam a viri divini ore pendebis! quam discedes ab eo sapientior et ad verum quaerendum excogitandumque erectior! Atqui res et sententiae eadem; idem utrobique corpus doctrinae! Nimirum alterum est quasi vita et spiritu orbatum atque mortuum: in altero viget divinius quaedam vis, quae ingenium legentis excitat, mentem ad vim suam exserendam quasi provocat atque elicit, denique animum sensu afficit rerum iucundissimarum et gravissimarum. Itaque eant nunc qui sibi suisque subito germani Socratici videntur, quum dialogos, si diis placet, composuerunt, in quibus aut magister breviter, ut ignorans, interrogat, discipulus docte et copiose respondet, aut contra magister omnia tanta ubertate exponit et quasi inculcat, ut puero nil nisi negandi aut affirmandi optio relinquatur. Eant nunc qui Platonem penitus novisse sibi videntur, quum eius decreta et placita ex compendiorum adminiculis undique corrassa habent, scilicet ut circumcisis omnibus ambagibus nucleo fruuntur, putamina relinquunt aliis. Nempe nunquam Socraticus evadet, nisi qui habeat ingenium perspicax, ad verum anquirendum et investigandum multa exercitatione subactum, idemque ad veri rationes explicandas et quasi eliciendas natura aptum atque conformatum. Nunquam Platonem noverit eiusque ingenium plane perspexerit, nisi qui cum placitorum eius diligenti cognitione coniunxerit accuratam dialogorum eius lectionem. Tanta enim est rerum ac sententiarum cum orationis forma ac disserendi ratione in illis necessitudo, ut, si hanc neglexeris, ne illarum quidem vim et praestantiam percipere ullo modo possis.

Quum vero in rerum tractandarum ratione ac disserendi via, quae per singulas sermonum Platoniorum partes regnat, admirabilis quaedam ars cernatur, qua efficitur, ut quid verum sit, quid falsum, non a philosopho expositum putes, sed tuo ipsius ingenio in-

vestigatum tibi videatur; tum in universae disputationis forma ac descriptione dici non potest quanta insit vis ad legentium animos capiendos, retinendos et ad veri investigandi studium alliciendos. Quum enim argumentum singulorum dialogorum unum sit atque simplex, omniaque ad unum eundemque finem referantur, tamen quid potissimum spectetur et quorsum tendat omnis disputatio, tanta plerumque arte occultatum est, ut fere non possimus nisi absoluta totius sermonis lectione ea de re facere iudicium. Quo in genere nemo est quin videat quam admirabilis sit Platonis sapientia: qui quum egregie perspexisset colloqui naturam, eos, quos inducit colloquentes, ita disputantes facit, ut ad argumentum, de quo disseritur, videantur accessisse non praeparati atque meditati, sed ita, ut casu ad illud delati notionum nunc ipsum in animo obortarum seriem libera ingenii agitatione persequantur, incerti quasi haerentes, quem exitum habitura sit disputatio. Itaque saepenumero princeps quaestio videtur negligi et aliud agendo tractari, ut qualis sit non possit cognosci, nisi dialogi ornatu, disputationis ortu et progressu, denique singularum partium concentu diligenter considerato. Cuius artificii ratio quum multis obscura fuerit neque diligenter animadversa, paucis illustranda videtur, ut tirones mature ad eam animum advertere consuescant. Etenim cum primario consilio, quod in singulis sermonibus secutus est, philosophus fere alia etiam coniunxit plura, quae quamvis saepius ab illo aliena maximeque diversa videantur, tamen cum illo ipso arctissime coniuncta sunt adeoque ad eius explicationem atque illustrationem necessaria. Sic in Critone Socratem defendens ab illo crimine, quo iuvenes ita corrupisse ferebatur, ut legibus publicis recusarent obedientiam, simul hoc agit, ut bono viro in omni vitae conditione iustitiam servandam et legibus patriae obsequendum esse doceat. In Phaedone praeterquam quod immortalitatis fidem argumentis confirmat, non solum alios quosdam doctrinae suae locos explicat, sed etiam Socratis morientis imaginem ante oculos legentium ponit. In libris de Republica facile ambigas, utrum de iustitia et virtute disputetur, an de optima civitate, cuius imago quaedam adumbratur. Sed non est quod plura huius modi exempla commemoremus, quae e singulis fere Platonis scriptis

petere liceat. Non inepte vero iudicarunt qui has quaestiones principi, disputationi adiunctas comparaverunt cum actionibus secundariis fabularum scenicarum. Quemadmodum enim illae cum universae fabulae argumento apte cohaerent, ita ut ei illustrando vel maxime inserviant, ita etiam eae partes sermonum Platoniorum, quae animos legentium a principe disputatione avocare videntur, cum totius operis summa tam arcte sunt connexae et copulatae, ut quasi pro membris integri corporis haberi debeant. Tendunt enim omnia denique prorsus eodem, estque universo operi unum quiddam tanquam summum et ultimum propositum, quod, si cum recentioribus loqui velimus, ideam operis dicere liceat. Quae quum ita sint, desinant tandem aliquando Platonem vituperare, quod ea sermonibus suis immiscuerit, quae a re et proposito aliena videantur, atque secum reputent dialogi dramatici scriptori idem esse concedendum, quod in poetis scenicis omnes probamus atque laudamus.

Et haec quidem de arte ac ratione disserendi, qualis in Platonis sermonibus cernitur, in universum. Quae ne quis opinetur de omnibus pariter iudicari oportere, meminimus eos et diversa aetate esse compositos et pro argumenti natura variam habere formam atque speciem. Nam qui scripti sunt eo tempore, quo philosophus Socraticam disciplinam et rationem amplexabatur, in iis regnat fere Xenophontea facilitas et simplicitas atque aequabile et moderatum disserendi genus; minus adest ornatus poetici, subtilitatis ac sublimitatis quasi quaedam initia; quanquam qui proximis annis ante Socratis obitum vel paullo post conditi videntur, in iis virtutes omnes ingenii Platonici quasi promicant paullatim et exsplendescunt, ut facile intelligas philosophum ad summa quaeque contendere neque in ceterorum scriptorum mediocritate subsistere. Itaque patet in illos quidem non omnia, quae disputavimus, convenire, quandoquidem minore arte quam ceteri compositi et elaborati sunt, adeoque ad simplicitatem sermonis Socratici prope accedunt. Sunt vero etiam alii libri, qui etsi a Platone proveciore aetate scripti sunt, tamen minus habent artis, idque propterea, quod dialogi forma subtilitati disputationis, quae in iis cernitur, minus est consentanea et accommodata. Quorsum pertinent Theaetetus, So-

phista, Politicus, Parmenides, Philebus, in quibus libris omnibus quum de rebus subtilissimis agatur, minus est actionis quam disputationis, ita ut ad aliorum venustatem, pulcritudinem, ornatum vix possint comparari. Quanquam ne in his quidem divini ingenii sollertiam desideres, cui nihil est tam horridum, nihil tam spinosum, nihil denique tam incultum, quod non splendescat oratione et fiat illustrius.

Et haec quidem de forma dialogi Platonici deque disserendi ratione in eo regnante. Quae si recte disputavimus, non obscurum erit, opinor, quid facere oporteat eum, qui Platonis libros recte intelligere voluerit. Nam primum rerum externarum, ad quas respicitur, comparanda accurata notitia erit. Nam quum personarum habitus, scena dialogi, alia, quae ad ornatum pertinent, disputationis argumento accommodate fingantur, facile patet ante omnia harum rerum omnium requiri intelligentiam. Deinde curandum erit hoc, ut universam disputationis viam quam maxima animi attentione persequamur diligenterque animadvertamus, unde ea proficiscatur, quo tendat, quorsum deflectat, ad quem finem redeat. Quo fiet, ut denique summam totius sermonis animo complectamur, et quasi filum aliquod nanciscamur, cuius ope per anfractus illos dialogorum artificiose instructos iter nobis aperiamus. Perspecto autem totius sermonis argumento quaerendum erit etiam de eius consilio et fine. Quae res sane plurimum habet difficultatis, tum quoniam quae sit princeps quaestio saepe sedulo occultatur, tum quod primario sermonum fini plerumque alia adiuncta sunt consilia. Ut igitur intelligatur, quid primum sit, quid secundum, quid tertium, singulae disputationis partes inter se sunt comparandae, investigandumque, quomodo eae inter ipsas cohaereant; imprimis autem hoc est agendum, ut quid illud sit, ad quod denique omnia referantur et quo efficiatur singularum partium inter se consensio, diligentissime investigetur. Quo tandem invento non amplius poterit dubitari, quid potissimum philosophus spectaverit, adeoque omnia, quae obscura videri possint, suam lucem nanciscuntur.

Sed quoniam, quomodo in his omnibus versandum sit, e superioribus intelligi potest, non est quod diutius in his praeceptis explicandis versemur. Addamus potius nonnulla de Platonis dicendi genere.

Quod igitur vulgo dicitari solet, ingenium esse cuiusque, quod ipsius stylum fingat, conformet, regat; id si de ullo alio scriptore affirmare licet, certe de Platone dicendum est, cuius oratio fidelissimam ingenii eius imaginem propemodum ante oculos collocat. Nam quum a natura accepisset et aërem puleri venustique sensum et magnam vim acuminis et eximium phantasiae vigorem, mirandum profecto non est, quod quae primo quidem aspectu maxime contrariae videntur orationis virtutes, simplex perspicuitas et sublimis audacia cum magna rerum ac sententiarum copia et ubertate, eae coniunctae in eius sermonibus inesse reperiuntur. Quippe acumen ingenii studiumque perspicuitatis, quo tantum ingenium carere certe non poterat, effecit nativam illam et incorruptam simplicitatem, quae maxime verborum priorum aptorumque delectu atque naturali quadam membrorum et periodorum structura continetur: quo quidem nomine verissime rhetores quidam veteres, ut Hermogenes De Formis II. 12. p. 505. II. 3. p. 387 ed. Laur. ei tribuerunt τὸ ἀπλοῦν s. τὸ ἀφελές. Verum ut philosophus e leni isto sermonis flumine olei instar labente passim emergeret et assurgeret ad sublimem quandam grandiloquentiam, magnitudine ac sublimitate sensorum et cogitatorum effectum est, quibus pectus eius tanquam instinctu quodam divino repletum et agitatam fuit. Quanquam enim pro divino mentis acumine perspicuitati orationis studuit maxime, tamen excelsa mentis indoles prohibuit, ne reperet humi rarove altius sese attolleret, immo cum ad grandem quandam evexit sublimitatem, ut saepe etiam ad poetarum audaciam assurgere videatur. Hinc igitur splendida illa verborum lumina, quae eius sermoni poeticam videntur conciliare speciem; hinc audacior metaphorarum et allego-riarum usus, qui saepenumero artis magistris tali sublimitati non assuefactis magnae fuit offensionis, veluti Dionysio De admir. v. Demosth. XXVIII. p. 1041., Demetrio De Elocut. §. 80.; hinc poeticus paene verborum numerus, qualem in Phaedro et Symposio imprimis licet animadvertere, quemque jam veteres magistri, veluti Demetrius De Elocut. §. 186., notaverunt; hinc denique celerior quasi orationis cursus acriorque contentio, quali fere instincti divino spiritu vates abripiuntur. Sed licet philosophus subinde

celsi alicuius poetae more altius enitatur audaciusque exsultet, tamen nec in summa sublimitate obliviscitur perspicuitatis, quae semper tanta in eo splendet, ut nusquam desideretur, nisi sicubi ipsarum rerum obscuritas orationis lumine depelli non potuit. Sed quum in libris eius has dicendi virtutes, simplicitatem et perspicuitatem, copiam et ubertatem, sublimitatem et audaciam liceat animadvertere, tum mirum dictu est, quam prudenti consilio varia orationis genera ipsis rebus, quas explicat, ubique attemperentur. Leniter enim incedit oratio in disputatione dialectica, ubi disserendi subtilitate opus est, quae verborum ornatum aspernatur; celeriore rursus cursu fertur in aliorum irrisione acrique cum sophistis contentione; audacior porro fit ac plane sublimis, ubi agitur de rebus divinis, quarum vim et naturam divinare potius atque augurari licet, quam mente et animo penitus intelligere; denique eadem mollissimae cerae instar adeo est flexibilis, ut quocumque ducatur, eo sequatur facillime et cuique argumento accommodata fiat. Atque ex his iudicari potest, quo iure veteres teste Cicer. Brut. c. 31. censuerint Jovem ipsum, si Graece loqueretur, Platonis dicendi genere fuisse usurum. Sed veterum de Platonis dictione iudicia si quis velit cognoscere, adeat is Cicer. De Legg. II. 7. Orat. c. 20. c. 44. Quintil. X. 1. coll. IX. 4. Diogen. L. III. 25. 37., ubi Aristoteles narratur iudicavisse Platonis dicendi genus medium esse inter poeticam et prosam orationem; Dionys. De comp. Verb. T. II. p. 17. ed. Sylb. Epistol. ad Pomp. T. II. p. 117., quo loco Platonem in magnifico dicendi genere haud ita felicem fuisse arbitratur; De admir. vi Demosth. XXVIII. Longin. De Sublim. sect. 12. 13. et 32. Demetr. De elocut. §. 80. §. 186.

Sed his utcumque expositis superest, ut quid in hac librorum Platonis editione secuti simus, paucis declarandum sit. Duplex autem nostrum duximus officium: alterum, quod cernitur in Graeca oratione ad fidem optimorum librorum exigenda et examinanda; alterum, quod refertur ad verborum atque rerum interpretationem. Et primum illud per consilium huius editionis arctioribus limitibus circumscripsimus, etsi pro varia singulorum librorum conditione vario tanquam rei

temperamento utendum fuit; alterum etsi et ipsum exigebat brevitatem, tamen non ita fuit angustis finibus includendum, quin disputationis ubertatem quandam caperet. Itaque orationem Platonis fere talem exhibuimus, qualem iam optimae operum Platoniorum editiones referunt, hoc est ad fidem plurimorum codicum manuscriptorum examinatum et emendatum. Quum vero critica supellex, praesertim copiis Bekkerianis accedentibus, lautior esset, quam ut omnia, quae inde seligenda viderentur, copiose possent explicari, hac usi sumus moderatione, ut primum potiore tantum lectionis varietatem exciperemus, deinde in ea enarranda et diiudicanda brevitati quantum fieri posset studeremus. Itaque critica annotatio, quam adiecimus, fere est eiusmodi, quae demonstret maxime, quatenus nostra verborum recensio vel a communi veterum editionum, Aldinae, Basileensium, Stephani-anae lectione, vel a sola Stephani scriptura, quam fere vulgatam diximus, vel etiam a lectionibus editorum recentiorum recedat et quibus ipsa nitatur fundamentis. Qua in re versati sumus sic, ut aut vulgatam lectionem simpliciter indicarem, ubi res ipsa et codicum consensus nullam admitteret de alterius lectionis veritate dubitationem, aut verbo diceremus codices vel plurimos vel optimos vel optimos atque plurimos, vel etiam paucos eosdemque optimos hanc vel illam lectionem confirmare *); singulos non nisi iis locis recenseremus, ubi res postulare videretur. Itaque qui cupiunt diligentius examinare singulorum locorum rationem criticam, iis utique adeundi sunt critici commentarii ab I. m. Bekkero et a nobis editi; qui in universum scire volunt, quid et quomodo in locis difficilioribus a librariis scriptum sit, hi poterunt, opinor, hac nostra opera acquiescere. Sed praeter veterum librorum lectiones commemoravimus etiam coniecturas virorum doctorum, quae vel probabiles

*) Placuit tamen in nova hac edit. pleniorum recensum varr. lectionum agere, ut ipsi legentes possent de cuiusque scripturae fonte et auctoritate indicare. Atque hoc etiam ideo fecimus, quia inde a quarto volumine subnatum nobis est universorum Platonis operum edendorum consilium. Enimvero ita fieri non potuit, quin totius instituti ratio nonnihil mutanda esset.

vel necessariae viderentur. Nam quae manifesto falsae sunt visae aut supervacaneae, eas silentio praeterire consultum duximus. In diiudicanda autem variarum lectionum discrepantia non magis fuimus copiosi, sed aut breviter monuimus, si qua admonitione opus videretur, aut ad rerum et verborum interpretationem delegavimus. Pleraque enim, quae ad criticam rationem pertinent, cum rerum et sententiarum expositione tam arcte coniuncta sunt, ut qui illa sine huius operae sese putant recte tractari posse, miro in errore versari censendi sint. Itaque plurimum operae in rerum et verborum interpretatione posuimus. Quo in genere etsi Forsterus, Fischerus, Wyttenbachius, Buttmannus, Heindorfius, Schleiermacherus, Astius, alii, ita elaborarunt, ut iis non pauca debeamus, tamen nos non ita pressisse eorum vestigia, ut nihil ipsi viderimus, facile arbitramur intellecturos esse, qui nostra contulerint cum iis, quae ab illis disputata sunt. Et profecto in scribendis commentariis magis etiam confirmati sumus in ea sententia, quam dudum suscepimus animo, dubitari certe posse, an plus ex interpretatione quam ex emendatione utilitatis redundet vel in ipsos scriptores veteres vel in discipulorum studia. Non raro enim vidimus nos in obscuros locos incidere, qui, quum ingeniosissimis coniecturis a viris doctis tentati essent, tum facilem habent explicationem ex diligenti rerum ac verborum interpretatione, qua certum est nihil plus valere ad ingenia veri atque pulchri sensu imbuenda. In componendis autem commentariis nostris eam moderationem adhibuimus, ut neque admisceremus ea, quae nimis essent trita et vulgaria, neque doctas disputationes, quae ad interpretationem scriptoris nihil conducerent, adiceremus, sed, quantum fieri posset, ea tantum expromeremus, quae hominibus in Graecis ultra mediocritatem versatis ad rerum et verborum intelligentiam necessaria viderentur. Quamquam fatemur maluisse nos, si in alterutram partem peccandum esset, praefere copiae cuiusdam ubertatem, quae vim ingenii alat, quae nimiae brevitatis exilitatem et ieiunitatem, qualis mentis vires fere enecat. Id quod in iis Platonis operibus, quae non solent nisi ab hominibus eruditioribus et in studiis litterarum provectoribus lectitari, subinde non modo utile, sed etiam necessa-

rium visum est, quum illorum interpretatio aliquanto plus doctarum opum requirat, quam eorum, quae solent explicari doctis adolescentibus vel etiam tironibus. Sed hoc in genere quum difficillimum sit omnium desideriis satisfacere, tum si id consecuti simus, ut talibus viris, qualis fuit qui in Bibliotheca Critic. Nov. Batavor. T. II. p. 117. de nostra interpretandi ratione sententiam dixit, haec opera nostra probetur, eo impensius laetabimur, quo magis semper id studuimus, ut discentium studiis per eam pro viribus prodessemus.

Quod reliquum est, publice hoc loco a me grates persolvendae sunt Viris egregiis, Fr. Iacobsio et Val. Chr. Fr. Rostio, qui non solum plagulas typis expressas percensere, sed etiam quae scripsissem, priusquam typhothetis traderentur, diligenter percensere meque de nonnullis locis admonere voluerint.

Scribebam Lipsiae ipsis Kalendis Ian. MDCCCXXVII. iterum a. d. III. Id. Octobr. MDCCCXXXIII. tertium Idibus Ian. MDCCCXLVI. quartum mense Iunio MDCCCLVII.

G. STALLBAUM.

INDEX

EDITIONUM PLATONIS ALIORUMQUE PRAESIDIORUM CRITICORUM ET EXEGETICORUM.

Aldina editio. Venet. 1513. fol. in qua curanda Aldus Manutius avus usus est consilio et opera Marci Musuri Crentensis.

Basileensis I. s. Valderiana. Bas. 1534. fol. cui praefuerunt Oporinus et Grynaeus. Ducta est ex Aldino exemplo, multis tamen locis mutatis, subinde etiam corruptis. Accesserunt Procli commentarii in Timaeum et libros de republica, a Grynaeo ex codd. Oxoniensibus descripti.

Basileensis II. s. Hopperiana. Bas. 1556. fol. quae insignis est multis lectionibus novis et peculiaribus. Curavit eam Marcus Hopperus, qui usus est copiis Arnoldi Arlenii, plurium codicum collatione comparatis. Editio egregia.

Stephaniana. Paris 1578. fol. III Volum. cum translatione Latina Ioann. Serrani et annotatione critica Henrici Stephani, qui plurimos locos castigavit, usus vel sola coniectura, vel prioribus editionibus et Ficini inter retatione, vel aliorum criticorum observationibus, in primis Iani Cornarii.

Hanc expresserunt editio *Lugdunensis s. Laemariana*, quae prodit 1590. fol., et *Wecheliana*. Francof. 1602. fol., quae nullum habent usum criticum. Nec interpretatio Ficini, quam continent, geruana est, sed multis locis mutata et interpolata.

Bipontina editio prodit Voll. XI. 8. a. 1781—87. Orationem Graecam exhibet talem, qualem conformaverat Henr. Ste-

phanus, praeterea additam habet annotationem criticam atque Ficini interpretationem, sed eam correctam, neque germanam, ita ut ad criticam faciendam non possit adhiberi. Habet tamen haec editio bona sua priva et peculiaria. Etenim ad aliquot libros continet excerptas codicum lectiones antea nondum publicatas: et praeterea accesserunt: Dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata a Diet. Tiedemann. 1786. 8.

Tachnitziana. Voll. VIII. Lips. 1813. sqq. prodiit, expressa illa ex recensione Henr. Stephani. Tria priora volumina curavit Chr. Dan. Beck. V. Cl., qui Graecam orationem ope praesidiorum criticorum emendavit et brevem addidit notationem criticam. Reliquae partes reddunt orationem Graecam talem, qualem exhibet editio Bipontina.

Bekkeriana, Berol. 1816–18 VIII. Voll. 8. quibus accesserunt Commentaria Critica. Vol. II. 1823. 8. Exhibet orationem Graecam secundum ordinem operum Platon. a Schleiermacher constitutum ad fidem plurimorum librorum recens collatorum diligentissime et sapientissime emendatum. Continet praeterea interpretationem Ficini, sed eam non mutatam et interpolatam, verum ex antiquissimis exemplis ductam, ut habeat usum criticum. Commentaria critica praeter ingentem variarum lectionum copiam complectuntur etiam Scholia Graeca a Ruhenio edita, sed multum aucta et locupletata.

Idem prope consilium, quod Bekkerus, nos quoque sumus secuti in ea editione, quam Lipsiae 1821–26. Voll. XII. 8. sumtibus Weigelii paravimus. Quum enim Weigelius plurimorum codicum lectiones, a Bastio, de Furia, Rudolpho, aliis, excerptas nactus esset, his copiis ita usi sumus, ut Graecam orationem ad librorum fidem exigeremus et in commentariis criticis varias lectiones omnes quanta maxima cum diligentia recenseremus, addita etiam explicatione locorum difficiliorum. Quamquam autem plurimis in locis cum Bekkeri faciendum fuit, tamen in singulis quibusdam libris haud pauca aliter atque ille constituimus. Volumina octo priora continent ipsos libros Platonis omnes ac separatim quoque veneunt, sed chartis minus splendidis impressa: quatuor posteriora habent criticam annotationem longe uberrimam, nec tamen dividendur nisi una cum exemplis Graecae orationis splendide impressis.

Novam editionem universorum Platonis operum fecit Fr. Astius, cuius operis inscriptio haec est: *Platonis quae extant opera.* Accedunt Platonis quae feruntur scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit,

in linguam Latinam convertit, annotationibus explanavit, indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit *Frider. Astius.* Vol. I–XI. Lipsiae, 1819–1832. 8. Tomi novem priores continent opera Platonis, addita Latina interpretatione perquam eleganti, eo quidem ordine collocata illa ac disposita, quem editor celeberrimus in libro De Vita et Scriptis Platonis unice sibi probari ostendit. Graecae orationi subiecta est brevis annotatio critica, qua id maxime agitur, ut quatenus ab editionum superiorum auctoritate discessum sit, paucis significetur. Optime vero meruit Astius eo, quod Platonem in linguam Latinam convertit; fecit enim hoc tanta diligentia atque elegantia, ut iis omnibus, qui antea idem egerant, ne Cornario quidem excepto, palmam praeripuisse iudicandus sit. Quocirca hoc quidem nomine maxima profecto ipsi debetur gratia. Sed optandum fuit, ut etiam Commentariorum opus ipsi liceret absolvere, quod fati tristitia oppressus, obiit enim d. III. ante Kal. Jan. MDCCCXXI., imperfectum reliquit. Nam Vol. X. et XI. continent tantum Annotationem in Phaedrum, Gorgiam et Phaedonem, longe illam uberrimam atque copiosissimam, quandoquidem vir praestantissimus cum rerum et verborum explicatione plenam variarum lectionum ab Im. Bekkeri atque nobis publicarum enarrationem coniunctam esse voluit. Qua ipsa re fieri non potuit, quin Commentarii eius existerent multo prolixiores quam velles, iique tales, unde nec criticae rationes usquequaque perspicerentur, nec quae ad interpretationem scriptoris pertinent, perspicue cognoscere et iudicare liceret. Sunt enim in iis quae natura sua multum discrepant inter se male confusa nec raro etiam disputationum ambagibus obscurata magis quam illustrata. Nihilominus vero in iisdem etiam reperiuntur plurima, qualia ab Astii doctrina et ingenio facile expectaveris, ut profecto dolendum sit, opus laudabiliter institutum ac susceptum non potuisse a viro egregio profigari et ad exitum usque perduri. Praeter has vero Commentariorum partes separatim prodierunt Indices verborum, qui sic inscripti sunt: *Lexicon Platonicum, sive vocum Platonicarum index.* Condidit *Frider. Astius.* Vol. I–III. Lipsiae, 1835–38. 8. Quod quidem opus etsi rerum explicationem habet nullam, tamen quia usum verborum persequitur accuratissime, hoc est sic, ut loci omnes, ubi singula vocabula reperiuntur, quam plenissime recenseantur et enumerentur, tanti aestimandum est, ut in praestantissimis studiorum nostrorum praesidiis et adiumentis habendum videatur. Quamquam qui illo recte uti voluerint, ii necesse est Platonem ipsum se-

ca dulo legerint atque tractaverint; nam rerum quidem et verborum notiones in Platonis libris explicatae non facile possunt aliunde percipi accurate nisi ab ipso Platone, fallunturque magnopere qui eas putant in Lexicis posse explicari. Quod ipsum sensit Popinor, etiam Astius, qui prudentissimo consilio nihil aliud nisi plenum accuratumque vocum Platoniarum indicem condendum iudicavit.

Sequuta postea est Platonis editio Turici suscepta, cuius operis index hic est: Platonis opera quae feruntur omnia. Recognoverunt Jo. Georg. Baiterus, Jo. Casp. Orellius, Aug. Guil. Winkelmannus. Accedunt integra varietas lectionis Stephanianae, Bekkerianae, Stallbaumianae, scholia et nominum index. Turici, impensis Meyeri et Zelleri, MDCCCXXXIX. 4. Praeter scholia additum etiam Glossarium Platicum est, cui pro fundo subest Glossarium Timaei Sophistae ad Codicem Parisinum denuo recognitum. Editio accurata et nitide impressa. Textus huius exempli, qui vocatur, etiam octonis plagulis impressus est, ita ut singuli fere sermones Platonis separatim quoque veneant. In praefationibus minori huic editioni, cuius sunt tomus viginti unus, ab doctissimis editoribus praemissis de paucis quibusdam locis difficilioribus disputatur, et quomodo vel emendandi vel explicandi sint, exponitur.

Posthaec ipsi novam operum Platonis omnium editione, rogante Carolo Tauchnitzio nostro, suscepimus, quae textum Graecum quam remendatissime et nitide expressum exhibet continetque etiam Scholia Graeca passim aucta et correcta addito Indice historico in Platonem et Conspectu paginarum potiorum veterum editionum, quae a criticis in afferendis locis Platonis fere usurpata sunt. Cuius operis nitidissimi inscriptio haec est: Platonis Opera omnia uno volumine comprehensa: ad fidem optimorum librorum denuo recognovit et una cum scholiis remendatus edidit G. Stallbaumius. editio stereotypa. Lipsiae, sumptibus et typis Car. Tauchnitzii. 1850. 4. mai.

Huius editionis textus una cum scholiis eodem anno etiam septem voluminibus formae minimae editus est in usum scholarum, ut singulae partes saluberrimo pretio venales habeantur. Est autem haec quoque editio diligentissime emendata, ut a mendis typographicis prope immunis sit.

Exceptit hanc editionem brevi post Teubneriana, quae hanc habet inscriptionem: Platonis Dialogi secundum Thrasylli tetralogias dispositi: ex recognitione Car. Frid. Hermannii. Lips. Vol. I—VI. sumptibus et typis Teubneri. 1851—1853. 8. min. Habet haec editio criticam annotationem

singulis partibus praemissam, qua editor acutissimus plerumque id agit, ut ostendat, cur ubique secutus sit unius alteriusve codicis auctoritatem, qui merito habeatur praestantissimus. In quo fatemur nos ab eo dissentire longissime, qui optimorum librorum scripturis ita utendum censeamus, ut aliis quoque codicibus iusta impertiatur dignatio, quandoquidem vel optimos codd. a grammaticis temere saepe in re critica gratis profectos esse nobis plane persuasimus. A qua sententia profecti hac quoque in editione a viri nobis quondam amicissimi ratione longissime saepe diseessimus. Ceterum sextum volumen huius operis continet etiam Scholia Graeca, Albini et Alcinoi Isagogen, Olympiodori Vitam Platonis, Prolegomena philosophiae Platonicae graece scripta incerti auctoris, Timaei Onomasticon, quae omnia partim ex codd. recens collatis emendata sunt. His omnibus vero etiam accedit index nominum priorum vel in ipso Platone vel in Scholiis et Appendicibus obviorem. Editio utilissima futura, nisi clarissimus editor nimium obtemperasset iis codicibus mss., qui habentur optimi eaque ratione sese illis tanquam mancipavisset.

Denique memoranda est universorum Platonis operum editio Parisina, quae duobus Volumin. quaternis apud Ambros. Firm. Didot, nobilissimum typographum et bibliopolam, prodiit. Volumen eius secundum, ab Car. E. Ch. Schneidero, Vratislaviensi, curatum prius quam primum volumen prodiit iam a. 1846. 4. complectens Politiam, Timaeum, Leges, Epinomidem, Epistolas, Definitiones, quos libros editor sollarissimus maxime ad fidem Parisini codicis praestantissimi emendavit. Volumen primum, reliqua continens scripta Platonis, editum est demum a. 1856. curatum a R. B. Hirschigio, qui criticas suspensiones suas addidit, quibus saepe festinantius Platonem suum exornavit. Ceterum utraque operis pars additam habet interpretationem Latinam.

Latine conversus Plato primum est a Marsilio Ficino, cuius interpretatio primum prodiit Florent. 1482. deinde Venet. 1491. fol. tertium Paris. 1518. fol. in aedibus Ascens. Tenendum est autem eam inde a. 1532. fere prodiisse correctam et accommodatam ad Graecam orationem, qualem Oporinus et alii conformassent; unde patet, quod supra diximus, priores tantum editiones habere usum criticum. Quum enim interpres fere verba verbis reddiderit, saepe quid in codicibus suis scriptum repererit, conicere licet.

Interpretatio Platonis a Iano Cornario edita Basil. 1561. fol. liberior est et magis sensum quam verba reddit. Usus est Cornarius codice Hassisteniano, cuius lectiones passim

commemorat in Eclogis in dialogos Platonis omnes, quas Platoni suo adiecit. Eclogas Cornarii separatim edidit I. Fr. Fischerus. Lips. 1771. 8.

Praeterea memorandum est praestantissimum opus Germanicum Fr. Schleiermacheri, cuius prodierunt T. I. P. 1 et 2. T. II. P. 1. 2 et 3. T. III. P. I. In prolegomenis subtiliter disputatur de ordine scriptorum Platoniorum recte instituendo. Singulis autem dialogis praeter praefationem adiectae sunt observationes criticae.

Praeter hanc interpretationem German. simili nomine laudandae sunt etiam aliae Platonis conversiones, quae nuper prodierunt, imprimis Hier. Mülleri, Lip. 1850—1857. 8. mai. ap. Brockhaus. Vol. I—VI. quae egregia habet Car. Steinharti Prolegomena. De Fr. Astii, Josephi Socheri, Car. Fr. Hermanni, Franc. Susemihli, Ed. Munkii, G. F. W. Succowii operibus supra dictum est.

Scholia in Platonem e codd. collegit D. Ruhnkenius. Lugd. Bat. 1800. 8. Haec in edit. Bekkeri, Turicensium, nostra Tauchnitz. a. 1856. et C. Fr. Hermann. edit. Teubner. aucta et locupletata reperiuntur.

Timaei Lexicon vocum Platoniarum c. animadv. Ruhnkenii. Ed. 2. Lugd. Bat. 1789. 8. Novam editionem eamque multis partibus auctam curavit Aenoth. Kochius. Lips. 1828. 8.

Corrigenda.

Prolegg. p. XXVIII. v. 3. ab inf. lege inanem, et v. 1. ab inf. verum. Prolegg. ad Apolog. p. 16. v. 20. lege et pro te. Prolegg. ad Criton. p. 185. v. 13. lege quaerendum pro querendum. Commentar. ad Criton. p. 198. col. II. v. 1. leg. criticus. Ibid. p. 224. col. I. v. 6. ab inf. leg. Heinichen.

PROLEGOMENA

AD

PLATONIS APOLOGIAM SOCRATIS.

nemo facile dubitare poterit, quin in praestantissimis antiquitatis Graecae monumentis habenda sit, ut, etiamsi copias sapientiae Platonicae peculiare nullas prope offerat, tamen nomen Platonis non iniuria prae se ferre videatur. Quum enim philosophus Atheniensis in scriptis reliquis omnibus suam ipsius doctrinam suumque ingenium, unis Legibus, Timaeo et Critia exceptis, sub Socratis nomine prodiderit et in lucis publicae celebritatem eduxerit, tum hoc in libro ipsum Socratem ad vitae veritatem descriptum produxit in medium, ut non modo testaretur, qualis ille sibi ipse visus esset, verum etiam palam faceret, quam iniustum fuisset iudicium, quo ab Atheniensibus capitis esset condemnatus. Nam de consilio si quaeritur, quod scriptor in elaborando Apologiae libello sequutus sit, argumento operis vel leviter considerato nemo certe temere dubius haerebit, quorsum illud denique pertineat. Produxit enim in hoc libro Socratem, magistrum suum, causam suam in iudicio ita orantem, ut ex ipsius defensione plane fiat perspicuum, qualia fuerint illius studia et vivendi consilia, quaeque cum privatis et publicis temporis sui rationibus necessitudines, quandoquidem eum ita dicentem fecit, ut quid philosophando egerit, quid de cultu et veneratione deorum senserit, quid ad civium suorum mores emendandos duxerit necessarium, quodnam sibi ipsi munus divinitus impositum esse putaverit, denique cur in plurimorum aequalium invidiam atque odium incurrerit et iudicio ipsis Atheniensibus denique poenitendo de medio sit sublatus, clarissime intelligatur, totaque scriptione lecta atque cognita imaginem Socratis ad vivum adumbratam atque descriptam intueri videamur. Quod quidem artificiose sollerterque ita instituit, ut quam illi tribuit orationem, eam simul etiam ostenderit verae eloquentiae, philosopho dignae, esse exemplum quoddam, quae neque inanibus dicendi artificiis utatur neque a rerum veritate ullo modo abhorreat, sed sustentata acerrimo studio veritatis ab animo sapientiae opibus munito et recti verique conscientia firmato vim ac robur suum accipiat. Hoc igitur illud est, quod scriptor Apologiae consideratis rebus omnibus in opere hoc componendo atque elaborando spectavisse existimandus est. Quod certe merito iudica-

bitur esse eiusmodi, ut Platonis ingenio atque animo dignissimum censi debeat, quippe qui hac ratione non modo pietatis suae monumentum posuerit ad omnem posteritatem duraturum, verum etiam eam magistri speciem et imaginem delineaverit atque descripserit, unde quales illius mores et quale ingenium fuissent et quatenam viro sapientissimo cum aequalibus suis necessitudo intercessisset, ab omnibus quam clarissime perspiceretur.

Sed quum hanc institutae descriptionis rationem atque hoc illius consilium fuisse pro certo et explorato haberi posse videatur; tamen quoniam res non semper satis perspecta atque nuper etiam a criticis quibusdam in controversiam vocata est, iuvabit, opinor, de libri indole et argumento hoc loco accuratius paullo disputare, si forte fieri possit, ut harum rerum disquisitione aliquid ad pleniorum eius intelligentiam proficiatur. Itaque primum quidem libri argumentum in breve contractum referemus, quo nexus et consecutio sententiarum hic et illic paullo reconditior et abstrusior facilius animadvertatur certiusque cognoscatur. Deinde singulas eius partes ita dilucidare conabimur, ut quatenus ad Socratis imaginem collustrandam aut ad ipsius Platonis scribendi consilium patefaciendum valeant, ordine deinceps demonstretur. Tum vero breviter quaeremus, quatenam scriptor usus sit in argumento tractando arte et ratione. Denique quid de tempore libri natali existimandum sit, paucis exponemus. Quibus omnibus explicatis futurum esse speramus, ut libri praestantissimi lectio et interpretatio et facilius habeatur et vero etiam fructuosior atque utilior fiat, quam alioquin futura fuerit.

Itaque primum quidem iuvabit argumentum orationis paucis delineavisse, quod quidem huc fere redit.

Constat omnis liber pro ratione iudiciorum Atticorum tribus partibus. Quarum prima continet defensionem, quam Socrates habuisse putandus est priusquam iudices primis sententiis omnino decernerent, essetne reus absolvendus an condemnandus, ob der Beklagte schuldig sei oder unschuldig (cap. I—XXIV.); altera complectitur ea, quae facta condemnatione pro se dixit, quum litem suam aestimare

iussus esset (cap. XXV—XXVIII.); tertia denique ea comprehendit, quae postquam secundo iudicio morte erat condemnatus, peroravisse putari debet.

Et primae quidem partis argumentum huc redit. Primum orator se excusat, quod usurus sit dicendi genere novo et in iudiciis inusitato, siquidem repudiatis vulgaribus dicendi ornamentis atque orationum lenociniis unice id sit acturus, ut quae vera sint in medium proferantur, atque sermones audiantur, quibus vulgo etiam uti consueverit; neque enim se iudiciali dicendi generi unquam adsuefactum esse (p. 17—18. A.). Deinde duplicem esse ostendit accusationem, adversus quam sibi dicendum sit, alteram clandestinorum criminorum, qui sibi iam inde a longo tempore invidiam et odium conflare conati sint; alteram apertorum adversariorum, qui ipsum nunc publice accusaverint. Itaque contra illos primum dicere instituit (p. 18. B. — 24. A.). Et criminationem quidem eorum hanc ait esse, ut ipsum dictitent perpetuo in scrutandis rebus coelestibus et inferis versari atque causam meliorem dicendo reddere solere deteriorem. Quam quidem criminationem eo truculentior esse censet, quod vulgus hominum talibus dictionibus acceptis protenus in eam suspicionem perducatur, ut eiusmodi homines putet omnem funditus evertere religionis pietatem atque deorum publicorum cultum ac venerationem de medio tollere. Eo autem accedere, quod istiusmodi rumores iam dudum in occulto sparsi ac disseminati sint, ut paullatim in animis audientium tamquam inoleverint, quodque iis etiam publice in scena usi sint poetae comici, quum defensio adversus tales criminationes omnino suppetat nulla (p. 18. B. — 19. A.). Negat vero orator, sese unquam talibus quaestionibus dedisse operam, nec vero concedit sese accepta mercede, sicuti sophistae faciant, adolescentes ad sapientiam instituisse (p. 19. A. — 20. C.). — Fontem autem et causam illarum criminationum hunc esse docet. Obtigisse sibi ait singularem quandam sapientiam eamque vere humanam, quam ipse deus Delphicus oraculo quodam summis ornaverit laudibus. Chaerephonti enim aliquando ab illo hoc datum esse responsum, Socratem mortalium esse sapientissimum. Id vero sese primum non credidisse,

ideoque animo secum reputare coepisse, quaenam tandem dei sententia esset. Tandem vero se ad illos accessisse, qui et sibi et aliis visi sint sapientissimi, hoc est ad viros civiles, ad poetas, ad opifices, eorumque sapientiam institutis cum iis sermonibus explorare conatum esse. Ibi vero accidisse sic, ut quam vana esset istorum hominum omnium sapientia perspexerit, qui quum sibi mirum quantum sapere visi sint, tamen revera insipientissimi fuerint; ideoque sese intellexisse, aliquanto meliorem esse suam ipsius conditionem, qui se hoc unum scire senserit, quod nihil sciret. Itaque deum Delphicum ait sibi visum esse hoc significavisse, humanam sapientiam revera nihili faciendam esse, eumque iure sapientissimum haberi, qui, sicuti Socrates, quam ea vilis aut potius nulla esset, bene perspectum haberet. Iam vero ex ista hominum vana sapientiae opinione inflatorum exploratione atque confutatione sibi narrat exortas esse similitates et inimicitias longe gravissimas; natum item exinde ait nomen sapientis invidiose sibi attributum. Nihilominus autem sese fatetur nunc quoque perpetuo id agere, ut dei sententiae obsecundans alios vana sapientiae opinione repletos inscientiae coarguat. Cuius rei quoniam multos adolescentes non modo testes ac spectatores, verum etiam imitatores nactus sit, inde vulgo ita fieri arbitratur, ut adolescentes a se impie corrumpi dictitentur. Quodsi tamen calumniatores isti interrogentur, quidnam tandem sit quod doceat Socrates et quo tam nefarie peccet, eos nihil aliud ait proferre solere nisi vulgare illud opprobrium, quod in omnes philosophos coniici consueverit, scrutari ipsum res coelestes atque inferas, nullos deos statuere, et causam superiorem dicendo reddere inferiorem (p. 20. C. — 24. A.). — Iam vero ex clandestinorum illorum calumniatorum turba prodisse dicit etiam accusatores istos publicos, qui nunc litem sibi intenderint, Meletum, Anytum, Lyconem, contra quos sibi secundo loco dicendum arbitratur. Recitat igitur iuratum litis formulam ab illis conceptam hanc: Socratem iniuste facere, quod et adolescentes corrumpat, et deos publicos non statuat sed alia daemonia nova. Quo facto priorem accusationis partem sic refellere instituit. Nescire enim ostendit omnino Meletum, qui-

nam illi sint, qui ad mores iuventutis corrigendos atque emendandos operam suam atque studium conferant (p. 24. C. — 25. C.). Praeterea esse hominis male feriat, corrumpere iuventutem studere, quandoquidem omnes certe malint inter cives bene moratos quam inter improbos vivere. Si autem per fraudem et errorem sibi acciderit, ut adolescentes corrumpere, debuisse certe Meletum ipsum privatim admonere et meliora edocere, non publice accusare (p. 25. C. — 26. B.). — Iam vero si quaeratur quibusnam rebus et quonam modo iuventutem corrumpat, formulam accusationis eius rei causas exinde repetere, quod publicos deos non statuatur, sed semper daemonium quiddam in ore habeat. Se vero primum quidem asseverat Solem, Lunam, alios deos, pro numinibus habere neque in Anaxagorae concessisse sententiam, qui corporibus coelestibus divinitatem ereptum iverit (p. 26. B. — E.). Praeterea etiam accusatorem arguit proferre pugnancia, perinde ac si dicat Socratem impie agere, quod deos nullos esse credat, et tamen deos esse credat. Nam Meletum ipsum largiri, sese daemonium sive divinum quiddam credere. Iam vero sicuti humana nemo possit statuere, nisi qui item homines esse credat, et quae sint id genus alia similia, ita nec divina posse statui nisi ab eo, qui deos esse arbitretur (p. 26. E. — 27. E.). — Absoluta vero et ad finem perducta hac argumentatione, dialectice magis quam oratorie tractata illa, revertitur ad simultatis et inimicitiae gravitatem ex suis consiliis sibi subnatae. Quam quidem causam fore auguratur, cur denique afficiatur supplicio. Neque tamen sese ait vitae anteactae ullo modo poenitere, quippe quum recti conscientia sustentetur; imo sibi plane ita esse persuasum asseverat, ut bono ac sapienti viro non periculi aut detrimenti aut supplicii et mortis, sed unice virtutis et honestatis rationem ducendam esse existimet. Itaque sese hac frui dicit animi consolatione, quod constanter fortiterque in ea vitae statione permanserit, in qua ipsum Deus collocaverit, ex eoque vel maxime perspicuum fore sperat, impietatem in deos sibi immerito exprobari. Nam eos, qui prae metu mortis ab honestatis et probitatis studio recedant, utique impie pariter atque stolidè agere, propterea quod, quum improbitatis

turpitudinem tanquam oculis cernant, tamen ipsam non refugiant, sed mortem potius vitent, quae tamen num in bonis an in malis ducenda sit, minime ab ipsis exploratum habeatur. Itaque graviter denique asseverat, se quidem, si ipsi ea conditione impunitas concedatur, ut in posterum alios explorare aut coarguere intermittat, non esse commissurum, ut munus sibi a Deo mandatum derelinquat, sed paratum esse contento mortis periculo ad gravissima quaeque mala subeunda atque toleranda, siquidem sibi plane persuasum sit, nullum dum civibus suis bonum contigisse maius quam suum erga deum obsequium, quo ad animi quam optime formandi curam et virtutis studium graviter excitentur atque impellantur (p. 27. E. — 30. B.). Praeterea iudices etiam illud admonet, se condemnato futurum esse, ut non tam ipse quam potius Athenienses gravi poena afficiantur. Se enim a Deo Atheniensibus datum esse, quo recta consilia monerentur, propter pravitatem castigarentur, denique ad meliorem frugem perducerentur; non facile autem eventurum esse, ut alter eiusmodi monitor et hortator iis obtingat. Divinitus vero sese urbi missum esse vel ex eo apparere arbitratur, quod neglecta re familiari perpetuo vixerit in maxima paupertate, illud agens unice, ut virtutis et sapientiae causa iuvaretur ac sustentaretur (p. 30. C. — 31. B.). — His vero expositis ad vitam publicam suam transgreditur. Mirabile enim multis visum iri dicit, quod quum privatim singulis prodesse studuerit, tamen publice civitati consulere noluerit. Cuius rei causam repetit a daemonii admonitione, qua semper a publicorum negotiorum administratione avocatus sit atque deterritus. Nec vero se dubitare profitetur futurum fuisse, ut, si olim ad rempublicam accessisset, dudum morte esset mulctatus. Neminem enim, qui recte iusteque agat, in tali civitate salvum et incolumem posse evadere, nisi vitam degat privatam; sese autem semper iustitiam et honestatem etiam in publicorum munerum administratione fuisse sequuturum, vel ex eo intelligi debere, quod olim et democratia vigente iniustus populi consiliis restiterit et sub triginta virorum imperio tyrannorum minis nihil tribuerit et concesserit (p. 31. C. — p. 32. E.). His addit, nec discipulis suis privatim quidquam iniusti umquam a se permis-

sum esse aut mandatum; nec vero se magistri partes agere voluisse, sed potius ita degisse vitam, ut cum omnibus, qui sibi obvii facti essent, vario sermone colloqueretur. Quamobrem si inter eos, qui ipsum audiverint et secum sint conversati, etiam extiterint, qui improbi evaderent, eius rei culpam iniuria in se conferri. Nam expetiisse adolescentes familiaritatem et consuetudinem suam propter eam tantum causam, cuius antea mentionem fecerit, nec vero quemquam eorum, qui olim sua consuetudine usi fuerint, postea adultum sibi aut succensuisse aut litem intendisse, quia adolescens a se corruptus fuerit, neque cognatos ac necessarios adolescentium de iniuria iis illata ullo tempore conquestos esse; plurimos autem etiam nunc reperiri, qui sibi, corruptori scilicet, succurrere ac patrocinari parati sint (p. 33. A. — 34. B.). — Postremo ingenua cum libertate declarat, non iam sese imitaturum esse eorum morem et consuetudinem, qui iudicum animos indignis modis, fletu, precibus, obtestationibus, ad misericordiam flectere conentur, idque se ita facere constituisse non propter superbiam aliquam, sed propter suam pariter atque civitatis dignitatem et propter ipsorum iudicum religionem, quippe qui iureiurando promiserint, se ex re et veritate bona cum fide iudicatos esse. Quamobrem si qui reperiantur, qui ab his postulent, ut gratiae, ut precibus, ut obtestationibus concedant, eos aperte flagitare videri periurium eaque re in maximae impietatis crimen incurrere (p. 34. C. — 35. E.).

Haec igitur Socrates prima oratione, quam sui defendendi causa habuit. Sequuntur dehinc ea, quae dixit, quum primis iudicum sententiis damnatus ex iure Attico litem suam ipse aestimare iussus esset (p. 35. E. — 38. B.). Quo quidem loco imprimis cognoscere licet liberam illam viri contumaciam, quam Cicero alicubi appellat. Nam postquam significavit, minime se mirari hoc, quod condemnatus sit, sed illud mirum accidisse, quod Meletus vix iustum suffragiorum numerum tulerit, sese ostendit id honoris meruisse videri, ut sibi publice in prytaneo victus praebeatur; quum enim aliis nunquam iniuriam intulerit, ne hoc quidem se committere velle, ut in semet ipsum statuatur iniustius. Si tamen aliqua poena irroganda sit, mulctam se optare, quandoquidem pecu-

niae iacturam facillime sit laturus. Nec vero plus sibi pecuniae suppetere quam unam argenti minam; amicis tamen sponsoribus se triginta minas offerre, quae poenae loco solvantur (p. 36. A. — 38. B.).

Tertia pars libelli continet orationem post secundam iudicum damnationem habitam. Vaticinatur igitur orator iis, qui ipsum damnavissent, venturum esse aliquando tempus, quo ipsos iniustitiae suae poeniteat. Illis vero, qui absolvissent, confirmat, se non invitum morti obviam ire sed laetum quiddam exspectare. Neque enim daemonium sibi domo egredienti in iudicium aut suggestum dicendi causa adscendenti adversatum esse, unde divinari posse videatur, mortem non esse in malis ducendam. Omnino enim rem ita se habere: mortem, sive auferat sensus sive nos in alium locum traducat, non esse pro malo habendam sed tamquam divinum beneficium amplectendam; neque vero viro bono et honesto mali quidquam posse accidere, quippe cuius res omnes a diis sapienter ac benevole gubernentur. Denique optat, ut iudices de filiis suis hanc sumant vindictam, ut si aut divitias et opes virtuti anteponant, aut inani sapientiae opinione inflati sint, similiter reprehendantur, corripiantur, castigentur, atque ipse de Atheniensibus facere consueverit (p. 38. C. — 42. A.).

En habes argumentum defensionis Socraticae in brevius contractum omissis quibusdam partibus minus gravibus. Quod quidem contuentibus nobis uno mentis obtutu diligentiusque considerantibus dubium certe non videtur, quin omnia ita sint comparata, ut species et imago Socratis ultra popularium suorum studia elati quam fidelissime ad vitae veritatem deformata exhibeatur. Nihil enim usquam reperias, quod uni Platonis debeatur ingenio; nihil quod laudandi causa mero arbitrio positum aut confictum sit; nihil quod a persona Socratis, qualem aliunde cognitum habemus, alienum esse suspicari liceat. Imo omnia atque singula, quae de eo dicuntur, adeo in ipsum conveniunt, ut, licet partim singularia sint, et in hoc uno Platonis opere litteris perscripta reperiantur, tamen ipsi priva atque propria esse nec cuiquam alii mortalium attribui posse unicuique fatendum sit.

Nam ut primum dicamus de indole atque ingenio ipsius defensionis, refert illa profecto planissime

morem et consuetudinem Socraticum. Etenim omnino quidem sectatur oratio spretis artificijs rhetoricis omnibus, quorum usus p. 17. A. sqq. in adversariorum orationibus graviter notatur acerbique ridetur, simplicitatem illam atque tenuitatem, quam Socratici sermones fere apud Xenophontem habent, ita ut omnia non tam grandi oratione aut sublimiore philosophandi ratione, quam populariter et ad vulgarem captum accommodate disputentur; unde ea identidem etiam abit in dialogum, siquidem orator non uno loco suos cum aliis sermones ita narrat, ut etiam interrogandi et respondendi vices animadvertantur. Quod imprimis videre licet p. 19. E. — 20. B. p. 21. A. — D. p. 24. C. — 27. E. ubi Meletus quaerendo atque respondendo confutatur. et p. 28. B. sqq. al. Quippe reiicitur ornatus verborum ac sententiarum artificiosior una cum sublimitatis affectatione maxime propterea, quod illius usus non videtur bene cum veritatis rationibus consistere atque oratoris officium illud unum maxime postulare, ut vera dicantur (p. 18. A.). Quod iudicium planissime decet Socratem, quem constat hac ipsa dicendi simplicitate cum subtilitate coniuncta ideo usum esse, quod per omnia veri scientiam quaeritabat. Quamquam apud Platonem p. 17. D. et 18. A. sese etiam ideo iudiciali dicendi genere abstinere profitetur, quod plane careat illius facultate, quandoquidem nunquam in iudicii suggestum adscenderit; in quo tamen apertum est urbanam quandam irrisionem adversariorum omninoque Atheniensium litigandi cupidissimorum inesse. Quemadmodum vero oratio simplicitate dictionis et argumentationis ad Socraticorum sermonum similitudinem comparatae insignis est planeque spirat amorem veritatis eum, quo Socratem incensum fuisse novimus, ita eadem etiam singulari quadam oris libertate est conspicua a generosa recti verique conscientia profecta illa, qualem item Socrati propriam fuisse aliunde compertum habemus. Quod enim ille per totam vitam egerat, ut alios inscientiae argueret, moneret, increparet, castigaret, si qui reperirentur, qui quum essent vana opinione repleti et in agendo transversim agerentur, tamen sibi viderentur egregie sapere, idem etiam reus in ipsa defensione sua agit, ne ironia quidem illa abstinens, qua in docendo usque

usus erat. Cuius rei per totum libellum tam luculenta extant exempla, ut singula demonstrare paene poeniteat. Neque enim libera illa contumacia, quam Cicero *) ait in defensione Socratis regnare, in ultimis tantum eius partibus cernitur, ubi tamen imprimis eminet, verum etiam in prima parte dominatur. Quocirca mirari sane subit, qui factum sit, ut nostra aetate criticus quidam **) passim etiam ignaviae ac timiditatis signa et indicia in libro deprehendisse sibi visus sit. At nimirum ille quae huc referuntur accepit aliter quam oportebat. Quod enim orator identidem utitur solemnibus illa in iudiciis formula: *μη δορυβείτε, ὦ ἄνδρες*, vel *μη ἀχθέσθε, ὦ δικασταί*, ut p. 17. D. p. 21. A. 30. C., hoc certe non timiditatem dicentis arguit, sed pertinet ad iudicium admonitionem, qui aegre latari videbantur, si quid diceretur liberius, quantumvis recte vereque dictum esset. Quemadmodum autem ista ignaviae criminatio vana est et inanis, ita etiam crimen inanis iactantiae superbaeque magniloquentiae in Socratem coniectum ***) idoneis causis et rationibus omnino est destitutum. Nam quaecumque eo pertinere iudicata sunt, quale hoc est, quod de oraculo Chaerophonti dato narrat (p. 20. C. sqq.); quod se divino munere profitetur Atheniensibus monitorem et castigatorem datum esse (p. 30. C. — 31. B.); quod persona sua indignum esse pronunciat iudicium clementiam et misericordiam implorare (p. 34. C. — 35. E.); quod se in litis aestimatione declarat publico prytaei honore dignum esse (p. 35. E. — 38. E.); quod denique iudicibus, qui ipsum condemnassent, divinam minitatur vindictam (p. 38. C. sqq.); haec igitur omnia atque alia similia, ubi considerata fuerint diligentius, certe ita comparata esse apparebit, ut non vanam iactantiam, non inanem superbiam, non intolerabilem fastum et arrogantiam dicentis arguant, sed potius animum prodant ultra vulgarem hominum sortem longissime elatum ac vere celsum atque divinum, qui summa dignus sit admiratione. De qua re

*) v. Tusc. I. 24. De orat. I. 54.

**) Astius l. c.

***) v. Astius l. c.

posthac accuratius disserendi opportunitas erit. Nempe dominatur in oratione Socratis etiam ea animi altitudo eaque sublimitas sensuum, ut inde ingenium viri plane divinum esse facile perspiciamus, modo ne praedudicatis mentis opinionibus occupati et ad sensus nobiliores obdurati simus. Spirat enim per omnia etiam pius quidam sensus ac vere religiosus, quandoquidem is, qui impietatis fuit accusatus, sese fatetur munere divinitus sibi iniuncto pie usque et religiose perfunctum esse. Quod enim monitor honestatis, castigator erroris ac sceleris, hortator virtutis extiterit, quodque sibi semper professus sit divinum quiddam adesse, quo officium suum sit admonitus, id totum sibi Socrates ostendit divina quadam fortuna obtigisse; ut p. 20. A — 24. p. 30. A — C. 31. B. Atque ex hoc ipso fonte originem habet etiam magnitudo illa animi, quam per omnia ostentat; inde profecta est invicta fortitudo, quam in capitali caussa palam facit; inde sensuum et iudiciorum celsitas et magnificentia exorta est, quam vel imminente mortis periculo coram iudicibus in publico iudicio declarat, quae ipsum ne ea quidem proloqui impedit, quae speciem superbiae prae se ferant. Nempe animus interiore virtutis et honestatis conscientia sustentatus atque divini numinis tanquam spiritu agitatus rerum humanarum contemtor est refugitque et turpis adulationis humilitatem et curiosae modestiae, quae veritatis rationes negligit, turpitudinem. Quid vero? nonne hanc quoque virtutem concedendum est Socrati vere recteque esse adscriptam? Nimirum ut Plato hac in parte Socratis speciem et imaginem aliter paullo, atque ab aliis factum esse novimus, adumbraverit, tamen eum ab ipsa vitae veritate vel tantillum discessisse minime est verisimile. Imo confirmantur quae apud ipsum legimus non mediocriter eorum testimoniis, qui similia de Socrate memoriae prodiderunt. Quod enim etiam apud Xenophontem aliosque testatum reperimus, fuisse illum piuum et religiosum hominem, perpetuum virtutis et honestatis hortatorem, assiduam scientiae scrutatorem, inscientiae castigatorem, eundemque semper divinum quiddam intus in pectore suo sensisse, quo id, quod in officii exercitatione sequendum esset, commoneretur, est hoc profecto et ipsum eiusmodi,

ut Platonici Socratis speciem atque imaginem vere adumbratam esse luculente testificetur. Atque his omnibus ita expositis primum quidem videmur non iniuria ita statuere, ut universae orationis indolem talem esse existimari oporteat, unde Socratem non alium quam vivum germanumque cognoscamus.

Nec vero aliter indicandum videtur, ubi etiam ipsas res, quae in Apologia traditae sunt, propius consideraverimus. Quaecumque enim de philosophia, quam colerit Socrates, de religione, quam probaverit, de vita civili, quam egerit, de caussis odii, in quod incurrerit, denique de varia necessitudine, qua cum civibus suis coniunctus vixerit, vel copiosius vel etiam brevius exponuntur, ea profecto omnia valent eo, ut iis cognitis, dummodo diligenter perpendantur, vitam viri sapientissimi tanquam in tabula quadam ad veritatis normam descriptam cernere videamur.

Nam de studiis philosophiae ipsius si quaeritur, primum quidem ipse p. 18. B. — 20. C. ostendit numquam se aut quaestionibus physicis dedisse operam aut artem dicendi sophisticam, quae veritatis rationes pervertere soleat, coluisse atque exercuisse. Quod plane esse veritati consentaneum, nullo negotio ostendi potest. Quotquot enim de studiis Socratis extant veterum scriptorum testimonia, iis certissime confirmatur virum sapientissimum a physicorum occupationibus fuisse maxime alienum. Licet enim superiorum philosophorum de talibus rebus opiniones ipsi non plane ignotae manserint, id quod nemo temere in dubitationem vocaverit, quandoquidem vel ex eo, quod philosophiam de coelo in terras devocasse et in hominum domos introduxisse narratur, facile intelligitur eum philosophiam moralem physicis opposuisse, v. Diogen. Laert. II. 19. Porphy. ap. Theodoret. Gr. Att. Cur. XII. p. 174. Clem. Al. I. p. 301. ubi Anaxagoram audivisse et Archelao magistro usus esse narratur; tamen longe aliud quid est, doctrinae alicuius notitiam sibi comparare, aliud eam comprobare assensu suo et opera sua adiuvere. Quod quidem Socrates apud Platonem a se factum esse verissime negat, obiurgans et vituperans Comicos imprimisque Aristophanem, qui ipsum temere in eius rei suspicionem apud magnam multitudinem

adduxerint. Etenim fuit sane ipsi persuasum, quum omnia ad honestam prudentemque vitae actionem referret, interiore physicae, astronomiae, geometriae, utpote ad praesentem tantum usum destinatae, cognitionem inutilem esse adeoque in ea inquirere, quae dii nos celavissent, impium haberi oportere. Itaque τὰ οὐράνια non investiganda putabat, quippe quae οὐκ εὐρετὰ ἀνθρώποις essent, quandoquidem eiusmodi curiosae rerum investigationes diis non placerent (οὔτε χαρίζεσθαι θεοῖς). Quin etiam studia Anaxagorae istis in rebus posita plane improbabat, de qua re Xenoph. Mem. IV. 7. 6. inter alia: *κινδυνεύσαι δ' ἂν ἐρη καὶ παραφρονησαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα οὐδὲν ἥττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ὁ μέγιστος φρονησας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι*, et Aristot. Met. I. 6. XIII. 4. De Part. An. I. 1. Ethic. Eud. I. p. 1226. b. 2. ed. Bekk.

Iam vero quod illud quoque negat a se factitatum esse, quod Protagorae imprimis eiusque discipulis proprium fuisse novimus, ut argute disputandi te in utramque partem dicendi artem et facultatem profiteretur, sophisticam istam eloquentiam Socratem constat item ex animo odisse, qui consulto suam disserendi quaerendique rationem sophistarum disciplinae opposuerit. De qua re non est quod hoc loco pluribus exponamus; illud unum monuisse satis erit, magno opinionis errore ita evenisse videri, ut Socratica disserendi ratio, quae verum indagare conabatur, cum arguto isto et fallaci sophistarum disputandi orandique genere, ad doctrinae speciem et ostentationem comparato, male confunderetur. Nimirum videtur sane in hac quoque parte non mediocriter grassata esse inimicorum calumnia, quae consulto argutam istam fraudulentamque disserendi rationem, qua utebantur Sophistae, Socrati eiusque discipulis attribuit; videtur item verum depravasse odii acerbitas eorum, qui sermonum Socraticorum libertatem propter sua ipsorum scelera moleste ferrent, id quod etiam triginta tyranni auctore Critia fecerunt, qui teste Xenophonte Mem. I. 2. §. 31. publice interdixerunt, ne sermonum artem doceret (*λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν*, et §. 33. *τὸν τε νόμον ἐδεικνύτην αὐτῷ, καὶ τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι*), quippe propter facinorum suorum iniustitiam ab eo reprehensi et castigati (vid.

ibid. §. 37.) *). Sed utcumque de his rebus existimabitur, illud quidem certe dubitari non poterit, opinor, quin Socrates apud Platonem vere recteque is informetur, qui etiam a sophisticis disserendi atque dicendi studiis semper fuerit alienissimus. Hoc enim quum etiam aliis aliorum scriptorum testimoniis satis certo confirmetur, tum etiam ex omni eius disciplina et ratione tam clare elucet, ut testimoniorum commemoratione omnino non opus sit. Itaque liquidum est Socratem plane ad ipsam veritatem esse descriptum, quatenus is nobis exhibetur, qui pariter a physicorum atque a sophistarum studiis alienus fuerit, ut profecto illi quoque nugas ingentes egerint, qui ipsum nuper a sophisticis non diversum fuisse contendere ausi sunt. Atque talis quum fuisse censendus sit, profecto etiam consequens est, ut crimina impietatis in deos atque iuvenilium morum corruptionis vulgo in physicos et sophistas coniecta hac defensionis parte verissime ab eo depulsa esse nobis persuadeamus. Neque enim negligendum est prudentissime iam hoc loco publicae accusationis rationem esse habitam, quae quum admodum ambigue concepta esset, et in incerto relinqueret, quatenus iuvenes corripuisse diceretur, hic quidem universe pravae sophisticae studium ab eo alienum fuisse ostenditur.

Sed revertamur ad ipsum Socratem eiusque imaginem in Apologia vitae veritati convenienter adumbratam atque descriptam esse porro demonstremus. Ostendit vero ille, postquam primum, quid in philosophia non egerit, declaravit, deinceps luculentius, quorsum sua philosophiae studia revera pertinuerint, id quod facit inde a p. 20. C. Docet enim dehinc, studium suum perpetuo in eo fuisse positum, ut scientiae vim et rationem exquireret, ideoque homines sapientiae opinione inflatos inscientiae coargueret et convinceret; ex qua re sibi narrat imprimis etiam

*) Ex scriptoribus veteribus, quaenam inter Socratem et Sophistas diversitas intercesserit, praeter Xenophontem optime perspexerunt Plutarch. Quaest. Plat. T. X. p. 159 sqq. Dio Chrysostomus Orat. LIV. Maxim. Tyr. Orat. IX. ex recentioribus ea de re consulendus imprimis est Limburg Brouwer Apolog. Socr. p. 72 sqq.

propterea magnam invidiam coortam esse, quod istam suam quaerendi, seiscitandi, coarguendi, refutandi consuetudinem aemulati sint etiam adolescentes ipsum audientes, ut adeo eo nomine corruptor iuventutis dicitatus sit. Quod rursus ita narratum esse, ut omnia atque singula veram nobis repraesentent viri sapientis speciem, certe nemo quisquam negabit, qui bene memor fuerit eorum, quae de hoc more eius cum hominibus omnium ordinum confabulandi atque disserendi Xenophon Mem. I. 1, 10. I. 2, 37 sqq. III. 10. al. memoriae prodidit. Isto autem veritatis studio eum sibi contraxisse odium virorum civilium, poetarum, oratorum ac demagogorum, qui vel dignitatis suae parte se privatos putarent vel res novas ab eo agi suspicarentur, adeo est pervulgatum, ut ab omnibus unanimes consensione confirmetur. v. Plat. Euthyphr. et Menon. extr. Menag. ad Diog. Laert. II. 21. al. Quamquam quorsum denique istud scientiae explorandae studium pertinuerit et unde profectum sit, non plene apud Platonem expositum est. Nimirum habuit illud causas et rationes sanequam reconditiores, quam quae coram iudicibus e populo delectis et maximam partem philosophiae rudioribus commode explicari possent. Sed quid rei fuerit, ex Aristotele et Xenophonte cognoscitur *). Constat enim ex horum scriptis **), Socrati nihil fuisse antiquius, quam ut communes rerum notiones exquireret, in quibus unis veritatis scientiam et cognitionem contentam esse sibi persuaserat. In quibus quidem quaerendis, indagandis, rimandis, ita versatus est, ut quum alios inscientiae convinceret, tum ipse quoque suam fateretur inscientiam semperque illud γνώθι σεαυτόν in ore haberet, hoc ratus esse tale, unde omnis denique sapientiae laus effloresceret ***). Nimirum ipse in ea videtur fuisse

*) v. Schleiermacher. Ueber den Werth des Socrates als Philosoph. Opp. Phil. III. 2, 300. Brandis. Rhein. Mus. v. Niebuhr u. Brandis I. b. 130 sqq. Brandis Geschichte. der griech. röm. Philosoph. II. p. 33 sqq.

***) Xenoph. Mem. IV. 5, 12. IV. 6, 1. 13. Aristot. Met. XIII. 4. al.

***) Nam illud γνώθι σεαυτόν etsi plerumque ad recti et honesti conscientiam refertur (ut Xenoph. Mem. IV. 2, 21 sqq.

sententia, ut mortales existimaret veritatem numquam plenam et integram assequi posse omnemque eorum sapientiam putaret in uno veritatis cognoscendae studio et conamine contineri. Huic ipsi autem studio ita demum satisfieri posse iudicavit, si communes rerum notiones, quae essent a visis et adspectabilium rerum natura abductae, indagarentur, exquirerentur atque certius definirentur. Quam rem tanto gravio-rem tantoque digniorem sapiente habuit, quod etiam verae virtutis laus inde suspensa esse videretur. Etenim virtutem vir sapientissimus nequaquam posuit in una voluntate, sed in veri, boni et honesti scientia, hoc est, in philosophiae persuasionem, quam voluit omnes vitae partes tamquam regere atque gubernare. v. Xenoph. Mem. III. 3, 9. III. 6, 17. omninoque III. c. 6. et 7. IV. 4, 15. 18. Diogen. Laert. II. 29 sqq. ubi inter alia §. 31. λέγει ἐν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην, καὶ ἐν μόνον κακόν, τὴν ἀμαθίαν. Quam quidem sententiam constat postea etiam Platoni fuisse probatam, qui eam tamen subtilius exornavit imprimisque iis dialogis, in quibus de virtutis discendae facultate disputatur, ut in Hippia minore, in Charmide, in Lachete, in Menone, in Euthyphrone et in Protagora, fundamenti loco supposuit, ita quidem ut eius ope etiam sophistas ac viros civiles callide illuserit, quippe qui non intelligerent, virtutem civilem, quae vel externarum rerum notitia vel meris opinionibus nitetur, nullo modo doceri posse (Menon. p. 87 sqq. 96 sqq. Protagor. p. 318 sqq.); unam virtutem philosophorum posse intelligentia comprehendere atque disci. Quo quidem nomine Socrates, ut hoc in transitu moneamus, in Gorgia Platonis p. 521. adeo sese unum atque solum rerum civilium vere gnarum ac peritum esse affirmat, abiecta aliquando inscientiae simulatione. Sed redeamus in viam. Intelleximus igitur, quorsum illud Socratis negotium, qui scientiam explorabat, inscientiam arguebat, denique pertinuerit, quidque ipsi fuerit ea in re propositum. Valuit

Plat. Symp. p. 216. A.), tamen item ad veri cognitionem pertinuit, quorsum verissime in Apol. p. 28. E sqq. pertrahitur. conf. Phaedr. p. 229. E.

enim quum ad virtutis tum ad prudentiae ac sapientiae nomine suo dignae laudem acquirendam*), sine qua vitae humanae neque dignitas sua neque felicitas atque salus constaret. Grande igitur profecto et magnificum munus fuit ei destinatum, ut mirum non sit, quod ipse identidem sese civibus suis divinitus datum esse professus est, ut vitam moresque eorum emendaret, sapientiam adaugeret, vitae pravitatem reprimeret, de quo mandato divino conf. etiam Theaetet. p. 150 C. D. E.

Atque hinc iudicari licet, quam verisimilia sint etiam illa, quae de oraculo Chaerephonti dato ab ipso apud Platonem narrantur, quae etiam ab aliis innumerabilibus prope scriptoribus memoriae prodita sunt, veluti ab auctore Apologiae Xenophontae incerto, Plutarcho adv. Col. p. 1116 sq. Athenaeo, Patribus Ecclesiasticis, aliis. Quamquam de illis aliter plane iudicaverunt Van Dalen De oraculis gentil. Dissert. II. p. 194 sqq. et Iacobus Bruckerus Histor. Philos. Vol. I. p. 534 sqq. qui veritatem narrationis varias ob causas in dubium vocarunt et vel Chaerephontem vel Platonem fraudis et erroris accusaverunt. At nimirum isti quidem granditatem et magnificentiam muneris a Socrate suscepti non videntur satis perpendisse, ut ne intelligere quidem potuerint, cur aut Delphicus deus sapientiam Socratis tam magni aestimaverit, aut Socrates ipse oraculi responso tantum tribuerit. Nempe Delphicum oraculum sapientissime sane perspexit, Graeciae imprimisque Athenis tali mentis animique medicina opus esse, qualem Socrates videretur paratam habere, ideoque prudenti consilio honorificentissimum de eo responsum edidit. Socrates autem quum dudum sua sponte de consiliorum suorum magnitudine ita sensisset, ut ea aequalibus suis saluberrima fore existimaret, tum hoc Apollinis iudicio videtur in sua sententia ita confirmatus esse, ut sese deni-

*) Fuit autem philosophia Socratis nihilominus tota practica. Quam qui nuper censuerunt humilem admodum fuisse et vitae tantum utilitatibus attemperatam (v. Dissen. De philos. mor. in Xenoph. memor. commentat.), ii quantum iudicio suo falsi sint, praeclare demonstravit Petrus van Limbur Brouwer Apolog. Socrat. p. 36 sqq.

que revera ex voluntate divina agere planissime sibi persuaderet. Quamobrem etiam in Apologia Platonica identidem affirmat, se Atheniensibus missum esse divinitus et ex divino mandato omnia fecisse.

Verum satis haec de philosophia Socratis in Apologia descripta vel potius delineata. Quod quidem ita factum esse, ut omnia veritati vitae respondere putari liceat, id certe tanto est credibilius, quoniam quae ad consummanda ea aliunde sunt assumenda, planissime cum illis consentiunt, ut unum tamquam sententiae ac disciplinae corpus conficiant. Transeamus aliquando ad alia.

Acceditur vero inde a secunda libelli parte p. 24. C. sqq. ad accusationis publicae formulam dilucidandam atque refutandam. Quae quum Socrati crimini vertisset adolescentium corruptionem et publicorum deorum contemtionem, demonstrata breviter Meleti hoc in genere inscitia ostensaque talis consilii perversitate, inde a p. 26. B. ad quaestionem de modo et ratione depravandae iuventutis respondetur. Iudicatur autem ille secundum accusatores in eo cerni, quod Socrates publicos deos statuatur nullos, sed daemonium quiddam esse credat. Nimirum altera corrumpendae iuventutis ratio, universe ex sophisticis et physicis derivata studiis, iam in superioribus satis refutata est, ut nihil profecto viderint, qui hic callida fraude transmissa esse iudicaverunt, quae ad rem praesentem pertinuerint, praesertim quum ea alibi quoque tangantur. Itaque orator nunc pressius sequens verba accusationis in posteriore eius parte prioris causam et rationem contineri sumit adeoque acervatim ambo illius capita simul explorat, tamquam de una maxime agatur religione deorumque publicorum contemtionem atque neglectione. Ita vero fit, ut nunc etiam comperiamus, Socrates quid de religione senserit.

Sunt autem tres potissimum loci, qui hic dilucidantur. Primum enim ostendit orator, sese Lunam, Solem, alios deos publicos, pro divinis habere numeribus neque Anaxagorae accessisse sententiae, illos in corpora coelestia commutantem (p. 26. B — E.). Tum argumentatione subtiliore ex ipsa daemonii natura consequi demonstrat, ut deos esse credat (p.

26. E — 27. E.). Denique etiam ex consiliorum suorum ratione et pia erga divinam voluntatem reverentia, qua ita factum sit, ut usque fortiter constanterque partes sibi demandatas sustinuerit, perspicuum fore arbitratur, se semper pium atque religiosum fuisse; quos quidem sensus etiam ita testificatur, ut libertate plane admirabili profiteatur, firmissime sibi ita esse persuasum, ut se divinitus datum esse Atheniensibus monitorem et castigatorem existimet, quod quidem munus suum sese adseverat semper religiosissime vel re familiari sua neglecta obiisse (p. 27. E — 31. B.). Haec igitur de Socratis pietate atque religione. Quae si quaeritur, num illius sensus et iudicia de rebus divinis fideliter exprimant, fatemur sane nos quidem nec hac in parte libri quidquam deprehendisse, quod cum germana illius sententia et ratione discordet. Constat enim, ut iam supra ostendimus, illum neque cum physicis aut sophistis fecisse, qui numen deorum tollerent, neque popularium deorum cultum impie neglexisse, de qua re vel ea sufficere memorasse, quae Xenoph. Mem. I. 1, 2 sqq. exposuit. De fabulosis tantum narrationibus, quae vulgo de diis circumferantur, deque sacrificiis aliisque sacris ritibus videtur non cum vulgo sensisse, quippe quae nec ipsorum deorum maiestati convenire nec popularium suorum virtuti et honestati satis conducere arbitraretur; de qua ipsius sententia Plato videtur in Euthyphrone vera prodidisse. Quamquam, sicuti ex Phaedri Platonici initio patet, nec vetustas istas de diis narrationes temere spernendas aut arbitrarie interpretandas esse censuit, utpote ratus subesse illis sanctum quiddam, quod subtilibus mentis argutiis vexare aut curiosius disquirere velle perversum atque adeo nefas videretur, nec ceremonias atque ritus temere negligendos putavit, siquidem ad sensus pietatis et religionis alendos valerent ac potentiae divinae opinionem sustentarent. Haec igitur, quantum quidem iudicari potest, vera fuit atque germana Socratis de diis atque rebus divinis sententia. Quam hic quoque plane expressam reperiri nemo quisquam temere infitias iverit. Quamquam tenendum est proferri hoc loco non alia quam quae ad ipsam Meleti accusationem pertinebant. Itaque transmittitur silentio, quid vir sapiens de fabulis religiosus senserit;

neque enim ad id argumentum publica accusatio referebatur, praesertim quum etiam vulgo de fabulis deorum varie sentiretur atque existimaretur, ut criminationis causae vix inde repeti potuerint; tacetur item de cultu deorum popularium a Socrate non neglecto; neque enim adversarii sacrorum neglectionem ipsi crimini dederant, apertumque etiam erat omnibus, eum virum, qui teste Xenophonte Memor. I. 1. 2. suam deorum venerationem paene quotidie palam fecisset, quique in ipsa defensione sua eandem identidem esset testatus (ut p. 20. E. sqq. p. 29. A — 30. A.), isto quidem nomine nullo pacto publice accusari posse. Illud unum igitur in disceptatione vocatur, unde accusatores speciosam accusationis suae causam et rationem sumsissent, siquidem vulgo deorum numen de medio tollere et popularium deorum contentum fovere putabantur, qui philosophando occupati rerum naturalium rationes rimerentur atque sophisticis studiis dediti essent. Itaque primum quidem denuo asseveratur Socratem Anaxagorae placita, quibus ille deos populares in vires naturae et corpora mundana commutavisset divinitate sua plane spoliatos, neutiquam esse amplexum. Quod quidem verissime de Socrate affirmari, iam in superioribus satis ostendisse videmur. Deinde vero ad id acceditur, quod etsi Socrati utique erat proprium et peculiare, tamen item cum philosophia arctiorem quandam habere visum est necessitudinem, quod nimirum sibi identidem affirmaverat adesse daemonium. Quod quidem nomen quum esset ambiguum, siquidem vere iudicante Aristotele Rhetor. II. 23. §. 8. τὸ δαιμόνιον οὐδὲν ἐστὶν ἀλλ' ἢ (i. e. nisi) θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον; accusatores fraude callidissima Socratis δαιμόνιον substantive pro numine divino acceperant adeoque ipsi numero plurali τὰ δαιμόνια affinxerant, quo magis videretur expulsis diis popularibus publice sancitis novos in civitatem deos introduxisse. Adversus hanc igitur criminationem Socrates deinceps sese ita defendit, ut δαιμόνιον istud quorsum pertineat et quam vim habeat ad demonstrandam suam ipsius deorum venerationem atque pietatem, luculente doceatur. Ostenditur enim primum quidem ipsum τὸ δαιμόνιον non intellexisse deum, sed divinum quiddam. Huc

enim spectat disputatio illa p. 27. B. sqq. adversus Meletum instituta, qua ad *δαίμονια πράγματα* comparantur *ἀνθρώπεια, ἱππικὰ et ἀθλητικὰ πράγματα*, ut clarissime appareat, ipsum divinum quiddam intelligi voluisse, nec vero cogitavisse numen ali-quod peculiare, quod vi sua consisteret, quae fuit interpretatio accusatorum per calumniam facta, qui ut speciosius etiam ipsi novarum rerum studium opprobrio verterent, posuerunt istud suum *κατὰ δαιμόνια*. Quo non perspecto etiam nuper extiterunt qui non accusatores, sed Socratem potius calumniae insimulaverunt, quippe qui callide et fraudulenter quod illi posuissent *κατὰ δαιμόνια*, novos deos, nova numina, commutaverit in *τὸ δαιμόνιον*, alia plane notione vocabulo subiecta; de quo multi sunt Frid. Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 482. sqq. et Forchhammerus l. c. Enimvero quatenus vera fuerit Socratis sententia, post ea, quae nuper de re multum disceptata subtilius exposita sunt a viris praestantissimis, Frid. Schleiermacher Opp. Plat. Part. I. Vol. II. p. 432 sqq. Gottl. Schneidero Saxone ad Xenoph. Mem. I, 1, 2. Frid. Thierschio in censura Astiani operis Annalibus literar. Vindobonn. (Wiener Jahrbücher) P. III. a. 1818. p. 85 sqq. inserta, Narreyo in diario: Classical Journal a. 1817. n. XXX. p. 105 sqq. Petro van Limburg Brouwer. in Apologia Socratis contra Meleti redivivi (Forchhammeri Kiloniensis) calumniam (Groning. 1836. 8. p. 13 sqq. Raphaelē Kühnero Prolegg. ad Xenoph. Mem. p. 18 sqq. ed. Goth. a. 1841., certe non amplius dubium aut controversum esse potest, ut iam aliquando mittendae videantur veterum pariter atque recentiorum diversae de eo opiniones, de quibus v. God. Olearius in dissertat. quae inserta est Stanleii Histor. Philos. P. III. c. 6. p. 130 sqq. Iacobus Brucker. Histor. Philos. Vol. I. p. 542. sqq. Zeller. Histor. Philos. Graec. Vol. II. p. 25. sqq. licet ne hodie quidem lectu indigna sint, quae Plutarchus et Apuleius peculiari opera de Socratis daemone sunt commentati. Excussis enim Platonis et Xenophontis locis omnibus, quorum auctoritas certe commentis posteriorum scriptorum longissime anteponenda est, perspicue est intellectum, sententiam

Socratis verissime esse expressam a Cicerone De Divin. I. 54. his verbis: Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, *esse divinum quiddam*, quod daemonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti. Etenim intellexit ille *δαμόνιον* mentis divinationem quandam, qua in rebus obscuris et incertis acrius sentiret et tamquam divinitus praesagiret, quid faciendum fugiendumve esset, ut inde quasi futurorum eventorum auguria caperet. v. Xenoph. Mem. I. 1. 2 sqq. Itaque habet illud profecto cognationem quandam ac similitudinem cum *θεία μοῖρα* Platonis, quam hic iis attribuit, qui singulari quadam ingenii felicitate ducti in consiliis suis capiendis atque exsequendis rectum verumque assequerentur; v. ad Phaedon. p. 85. C. ed. 3. Quod quidem tanto verisimilius ita statueris, quod ex Memorab. Xenoph. IV. 3, 12 — 14. satis certo intelligitur, Socratem tale daemonium non sibi soli vindicasse, sed aliis quoque tribuisse. Quoniam autem ista praesagatio rerum futurarum in ipsius animo casibus dubiis et incertis incidentibus fere erat vehementior et evidentior, quae clarius indicaret atque commoneret quid factu optimum esset, certe minime mirum debet accidere, quod daemone isti etiam vocem tribuit atque identidem vocem divinam sibi obtigisse dixit. Nam similiter nos quoque de interiore animi voce vel de voce conscientiae loqui solemus. Nec vero multum difficultatis habet, quod Plato et Xenophon de vi et efficacia daemonii eatenus inter se dissentiant, quod ille consentiente Cicerone scribit, Socratem a daemone suo saepe revocatum, numquam impulsam esse (v. Apol. p. 31. C. D. p. 40. A — C. Phaedr. p. 242. C. Theaet. p. 151. A. Alcibiad. I. p. 103. A. 124. C. Theag. p. 128. D. al.); hic autem utrumque factum esse testatur, ut Mem. IV. 8, 1. *φάσζοντος αὐτοῦ (Σωζοῦτος) τὸ δαιμόνιον ἐαυτῷ προσσημαίνειν. ἃ τε δεῖ καὶ ἃ μὴ δεῖ πράττειν*, et I. 1, 4. I. 1, 19. coll. Plutarch. De Genio Socrat. p. 181. A. B. Nam primum quidem utriusque scriptoris sententiam nullo negotio cum Tennemannō Histor. Philos. T. II. p. 33. ita conciliaveris, ut Xenophontem putemus ea, quae vox daemonii spectabat,

atque illa, quae Socrates ex eius silentio colligebat, non satis diligenter discrevisse. Deinde vero etiam propter ipsam rei naturam verisimile est Platonem istum animi motum vel potius instinctum Socratis divinum accuratius ac veritati convenientius descripsisse. Solet enim profecto acrior esse animi sensus atque evidentior mentis divinatio, si quid grave aut periculosum incidit, quod fugiendum videatur, quam si deliberatio de eo suscipienda est, quod fieri commode et utiliter possit. Credibile est igitur, Socratem daemone sui vocem tum maxime audivisse, quum quid vitandum ac fugiendum esset, dubitatio incideret. Sed ut hoc in medio relinquamus, illud quidem pro certo et explorato habemus, daemone Socratis secundum locupletissimorum auctorum testimonia non fuisse singularem aliquem deum aut parvulum diabolum, qualem fere fluxerunt nonnulli, aut spiritum negantem miserabilem, qualem nuper commentum sunt, sed interiorum animi sensum boni et mali tanquam divinum quendam praenuntium. Qualis quidem sensus quum ei etiam in Apologia tribuatur, ita ut omnia atque singula, quae de hac re narrantur, plane cum iis consentiant, quae quum ipse Plato in ceteris scriptis suis tum etiam Xenophon in genuinis sermonibus tradiderunt; apparet profecto luculentissime, hac quoque ex parte Socratem in hoc libro planissime ad fidem veritatis esse descriptum, falsosque esse, qui Platonem iudicaverunt hic suo ipsius ingenio nonnihil indulsisse, sive ut magistrum culpa liberaret sive ut eum in illustriore quadam virtutis luce collocaret. Iam vero quod Socrates apud Platonem inde argumentatur, eum, qui tale daemone statuat, non posse deos negare et vim naturamque divinam de medio tollere, de quo argumento explicat etiam Xenophon Mem. I, 1, §. 2—9., nos quidem hoc quoque ita disputatum esse arbitramur, ut mentem animumque ipsius plane nobis aperiat neque callidae alicui Platonis interpretationi tribuendum videatur. Est enim solis luce clarius, eum, qui divinum quendam animi motum divinamque mentis praesagitionem insolentiorum sibi tribueret, etiam ita sibi persuasisse, ut numen divinum esse putaret, unde motus ille proficisceretur. Quamquam dubitare licet, Socrates ipse

num de singulis quibusdam diis patriis ea in causa cogitaverit. At enim vero ut hoc non ita fecerit, tamen universe de numine divino cogitavisse existimandus est, quemadmodum Graeci et Latini facere solent, sicubi generatim τὸν θεόν vel deum commemorant, ita quidem ut communi numinis notione omne deorum daemonumque genus complectantur. Quod si ita est, sponte intelligitur, quo iure Socrates apud Platonem ita loquens inducatur, ut ex τῷ θεῷ καὶ δαίμονι (nam utrumque p. 31. C. prudenti consilio coniungitur) satis apparere contendat, sese deos atque daemones esse credere. Nam quum divini numinis notio omnes omnino deos ambitu suo complectatur, ipsum autem aliunde constet deos populares cultu divino prosequutum esse, certe non potuit de aliis diis, quam quorum cultus inter cives suos vigeret publicaue auctoritate sancitus esset, ista contendere et asseverare.

Verum satis de his. Brevior erit admonitio de loco proximo, quo Socrates religionem ac pietatem suam etiam ex vitae anteaetae memoria atque officii et muneris, quod gesserit, fideli administratione contestatur. Fuisse enim viro sanctissimo penitus persuasum, sese eo, quod cives et populares suos a vanae sapientiae opinione avocatos ad quaerendam veram rerum scientiam institueret eaque ratione imprimis etiam ad virtutem, quae veritatis scientia vacare non posset, usque informaret, munus divinitus sibi impositum obire ideoque etiam ex mandato divino agere, id quidem tam extat manifestum, ut post ea, quae iam in superioribus de hac Socratis persuasionem exposuimus, ne verbo quidem ea de re disputandum videatur. Ex quo sponte consequitur, Socratem hac quoque ex parte spectatum in Apologia Platonis talem repraesentari, qualis revera fuerit qualemque sese per totam vitam praestiterit.

Verum satis haec de imagine pietatis et religionis Socratis, quam quidem ad ipsius vitae veritatem in hoc libro adumbratam ac descriptam esse certissimum videtur. Pergimus ad reliquas partes imaginis in Apologia Platonica propositae considerandas, quae certe non minus graves sunt superioribus.

Postquam enim demonstratum est pro defensionis praesentis consilio, quorsum Socratis philoso-

phandi studia tetenderit et quaenam ipsius fuerit de pietate et religione sententia, deinceps etiam illud ostenditur, qualem ille se civem in republica gesserit; qui locus tractatur inde a p. 31. C. usque ad p. 34. B. Fatetur autem orator primum, abstinnisse se republica monitu daemonii, hoc est, praesagitione quadam animi ductum, qua certo praeviderit, operae suae nullum fructum fore. Cui addit, esse se utique in ea sententia, ut putet, si capessivisset rempublicam, futurum fuisse, ut interitus suus iam dudum acceleraretur, quandoquidem semper iniustitiae tam in democratia quam sub imperio populari restiterit *). Quibus verbis significat, tantam ingruisse sibi visam esse in Athenarum civitate morum depravationem, ut ipse quidem utpote sapientiae et virtutis studiosus de communi salute ita tantum bene se mereri posse speraverit, si privatam degeret vitam atque publicis negotiis plane abstineret. In quo Apologiae scriptorem magistro suo nihil affinis, quod ab eius persona aut sententia alienum fuerit, profecto nemo quisquam dubitabit, qui aut vitae cursum, quam exegit Socrates, lustraverit, aut paullo diligentius consideraverit, quae fuerit, postrema imprimis viri aetate, Atticae reipublicae conditio. Enimvero dominabantur sane illis temporibus partium studia et malae cupiditates intemperantius, quam ut ii, qui sapientiae studiis essent dediti, sese patriae publice utiles fore sperare posse viderentur. Nam democratia quidem in immoderatam infimae plebis licentiam abierat, quae in petulantia libertatem, in procacia felicitatem positam esse existimaret **), nihilque pro bono et honesto duceret, quod non lubricinibus suis satisfaceret, mentibus etiam inani

*) conf. Xenoph. Mem. I. 1, 18. IV. 4, 2. Diogen. Laert. II. 24.

***) Inde factum est, ut Socrates leges Aristidi prope invito extortas, de quibus v. Luzac. Oratio de Socrate Cive p. 18 sqq. cum Isocrate aliisque civibus prudentioribus insanas et publicis commodis adversas diceret. Quis, aiebat, vel domus suae fabrum vel navis gubernatorem sorte legere velit; peritissimum quisque sibi optat, non quem fors obtulerit. Et tamen in hac nostra civitate ita vivimus, ut fabrae constituant illos, quibus summa reipubl. sit committenda, Xenoph. Mem. I. 2, 9.

sophistica et rhetorica corruptis ac depravatis. Paucorum autem imperium in saevam degeneraverat dominationem, quae temperantiae, modestiae, sapientiae denique nullum locum relinqueret. Neutram igitur formam reipublicae Socrates poterat probare utpote turpissimis vitiis inquinatam. Quod accusatoribus eius ansam dedit, ut eum apud populares iudices de democratiae odio suspectum redderent, quam calumniam refutant Xenoph. Apol. I. 2, 60. Diogen. Laert. II. 24. *ἦν δὲ ἰσχυρογνώμων καὶ δημοκρατικός κ. τ. λ.* Iam vero haec quum fuerit rerum conditio, quis quaeso est, quin ultro largiatur, Socratem utpote scientiae atque virtutis studio tribuentem omnia iustissimis de causis republica abstinnisse? Enimvero illi quidem haudquaquam fortiores Socrate extiterunt, qui nuper viro sapientissimo hoc consilium verterunt opprobrio, quandoquidem ipsi, licet miserabiliter saepe conquesti sint de disciplinae publicae ac privatae depravatione, tamen maluerunt in privatae vitae umbraculis delitescere, quam audentiores publice publicis malis obviam ire et laboranti patriae succurrere. Sed mittimus ista; satius erit revertisse ad Socratem. Is igitur pro suo erga patriam amore, cui erat per omnia deditissimus (v. Plat. Crit. p. 50. 51 sqq. Apol. p. 29. Xenoph. Mem. III. 3. 12. III. 5, 2 sqq. et 18 sqq.) in publica ista scelerum et malorum illuvie eum vitae cursum sibi tenendum iudicavit, ut civibus suis privatim potius prodesset quam capesseret rempublicam. Plane enim sibi persuaserat, verum esse quod Seneca De tranquill. an. c. 3. sic effatur: Non solus is reipublicae prodest, qui tuetur reos et de pace belloque censet, sed qui iuventutem exhortatur, qui docet, quid sit iustitia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemptus, qui numinis intellectus, quam gratuitum bonum sit conscientia. Quam quidem provinciam Socratem religiosissime administravisse, certe nemo quisquam negaverit, atque etiam exinde perspicitur, quod praestantissimi eius discipuli easdem ob causas eandem plane vivendi viam ingressi sunt, quandoquidem Xenophon defunctus militiae laboribus relicta patria in solitudine sibi atque litteris vixit; Plato au-

tem non modo republica abstinuit et philosophiae vitam suam destinavit, verum etiam perspectis popularis regiminis vitiis de civitatum administratione ita sensit, ut respublicas indicaverit non prius beatas fore, quam si aliquando a perfectis sapientibus gubernarentur, qui perfectae rationis in iis vicarii essent et ultra insipidae multitudinis pariter atque tyrannorum intemperantiam et malas cupiditates elati solo rationis imperio ducerentur.

Verum satis haec de Socrate nullis muneribus publicis umquam defuncto. Pergimus ad aliud quid, quod et ipsum ad vitam publicam viri pertinet. Asseverat enim ille p. 33. A. sqq. etiam hoc apud Platonem, numquam se publice mercede aliqua institutionis accepta docuisse, aut familiaribus suis aliquid mali suasisse, ut si qui eorum, qui suos sermones audiverint, denique extiterint pravi vel improbi, ipse eius rei culpam nullam sustineat. Quae omnia rursus videntur ita dicta esse, ut ad historiae fidem diligentissime sint comparata. Nam Socratem numquam sese sapientiae doctorem professum aut institutionis mercedem exigere solitum esse, in vulgus notum est, ut nullis opus sit rei testimoniis. (v. Commentar. nostr. ad Apolog. p. 19. D.) Nimirum egit ille omnino partes contrarias atque sophistae fecerunt; hi enim et sapientiae virtutisque doctores haberi cupiebant et, ducti mala avaritia, ingens saepe operae suae pretium postulabant, quum ille pauperculus degeret vitam atque inscientiam prae se ferret; et dum isti, quo ingenii aut doctrinae praestantiam ostentarent, perpetua oratione utebantur dicebantque fere magnificentius admirationem et gratiam audientium collecturi, Socrates contra brevibus et simplicibus quaestionibus utebatur, quibus torqueret colloquentium ingenia, maximamque sectabatur colloquendi popularitatem, quae nullam plane doctrinae et eruditionis speciem prae se ferret; unde etiam cum infimae conditionis hominibus, cum fabris, cum sutoribus, cum baiulis, confabulatus est. Ita fiebat, ut omnia colloquiis familiaribus, nihil doctis disputationibus aut orationibus peragere videretur, adeoque nullam docentis laudem et gratiam vel affectaret vel colligeret. Accidit tamen interea, ut sermones hominis ingeniosissimi ultro expeterentur imprimis ab

ingeniosis adolescentibus. Neque enim in obscuro latere poterat viri singularis virtus. Itaque soboles Athenarum, principis urbium, eum, ut cum Horatio loquamur, dignata est ponere inter choros doctorum nobilium, ita ut eum studiosissime sectaretur. Est enim iuventus, licet multis saepe opprimatur praeiudicatis opinionibus, tamen item proclivior ad agnoscendas virtutes ingenii, sicubi exsplendescunt insolentius. Sectati igitur sunt hominem pauperculum ac prope famelicum adolescentes nobilissimi. Quorum tamen vitae cursus quum saepe vel propter nobilitatem ac divitias esset lubricus multasque haberet a recta via declinandi opportunitates, factum est, quod hodie quoque fieri assolet, ut inter eos etiam existerent qui peccarent publice gravius eoque magistro optimo, inscienti quidem illi nec volenti, malam famam compararent. Inter quos inprimis eminuerunt Critias et Alcibiades, quorum vitia ex disciplina Socratica orta esse ferebantur*), licet res multo se haberet aliter. Etenim Critias quidem, homo ingeniosissimus, quum esset doctus, eloquens et Socraticis disputationibus eruditus (Cicer. Orat. III. 34.), quamobrem etiam a Platone in Timaeo et Critia, qui ipsius nomine inscriptus est, honorificentissime habetur, tamen postea ubi ad maiorem quandam in civitate auctoritatem pervenerat, disciplinae Socraticae immemor, homo violentus extitit, et relictis democratiae partibus, popularis imperii adversarius factus est acerrimus, ut inter triginta tyrannos crudelitate ac saevitia maxime emineret, adeoque tum Socrati, quod is turpem amorem ei exprobraverat, arte dicendi publice interdicta, non modo negotium facesseret, verum etiam mortem minaretur. v. Xenoph. Mem. I. 2, 32 sqq. Nec vero publicae tantum libertatis osor crudelissimus fuit, cuius odii poenas morte luit a 403. a. Chr. in pugna contra Thrasybulum (v. Xenoph. Hell. II. 4, 19.), verum etiam deorum contemtor factus est. Arguitur enim a scriptoribus deos omnino negavisse. De qua re audias praeter alios Sextum Emp. advers. Physic. p. 562 ed. Fabr. — p. 558. Vol. II. ed. Lips. καὶ Κριτίας δὲ εἰς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραν-

*) conf. Xenoph. Mem. I. 2, 12.

νησάντων δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀδίων ὑπάρχειν, φάμενος ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπον τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἀμαρτημάτων ἐπλασαν τὸν θεόν, ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρα τὸν πλήσιον ἀδικεῖν εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν, *z. t. l.* et Plutarchum De superstitione, p. 171. qui eum parem dicit Diagorae μήτε τινα θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζοντι. *conf.* Baylius Lex. Crit. s. v. Critias. Huius igitur scelera atque impietatem multi Socrati crimini dederunt, quippe ex cuius institutione ac disciplina profectus esset, neque videtur ullo modo dubitari posse, quin huius potissimum hominis memoria reo innocenti per accusatorum calumniam tantum invidiae confecerit, ut ab heliastis condemnaretur. De qua re Aeschines Or. adv. Timarch. p. 118. ed. Bremi. §. 71. ἐπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνετε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευζῶς ἕνα τῶν τὸν δῆμον καταλύσαντων. ubi quod Socrates σοφιστής vocatur, videtur illud, quamquam nomen eo tempore non erat ignominiosum, sed, ut ait Diogenes Laert. I. 12. οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, tamen non sine quodam contemptu ita fieri. Sed transeamus aliquando ad Alcibiadem. Is vero Socratem item sectatus est studiosissime, idque eo modo fecit, ut illum magna semper reverentia prosequeretur. Cuius rei testimonium praeter Platonem in Sympos. p. 216. B. ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσγύνομαι *z. t. l.* al. exhibet etiam Plutarchus Vol. I. p. 194. B. καὶ δραπετευῶν ἀτεχνῶς ἐκυνηγείτο, πρὸς μόνον ἐκείνον ἔχον τὸ αἰδεῖσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι. Nec vero Socrates videtur in adolescente praestantissimis ingenii dotibus ornato exiguam spem posuisse; *v.* Plat. Protag. in Gorg. p. 481. D. Sympos. p. 212 sqq., ubi indoles atque mores Alcibiadis vividis depicti sunt coloribus. Sed istam primae iuventutis reverentiam cum pudore inter vitia et virtutem medio coniunctam expulit mox atque abolevit superbia, cupiditas, prava ambitio. Nam qui tam praeclaram spem de se excitavisset, is generis nobilitate, divitiarum magnitudine, formae venustate, animi ingeniique felicitate, denique hominum admiratione adeo transversus actus est, ut non modo praecepta Socratis non amplius curaret, sed etiam ipsum magistrum impie negligeret. Quocirca

Xenophon. Mem. I. 2, 47. de Critia et Alcibiade: ἐπεὶ τοίνυν τάχιστα τῶν πολιτευομένων ὑπέλαβον κρείττονες εἶναι, Σωκράτει μὲν οὐκέτι προσήεσαν· οὔτε γὰρ αὐτοῖς ἄλλως ἤροεσκον, εἰ τε προσέλθοιεν, ὑπὲρ ὧν ἡμάρτανον ἐλεγχόμενοι ἤχθοντο· τὰ δὲ τῆς πόλεως ἐποραττον *z. t. l.* Quin etiam sicuti Critias in oligarchia dicitur fuisse iniustissimus et violentissimus, ita Alcibiades in democratia extitit omnium petulantissimus maximeque iniurius. Itaque factum est sane, ut Socrates Alcibiadem et Critiam corripisse diceretur, sed factum id est per calumniae improbitatem, quae plebi propter recens democratiae nuper demum restitutae studium perquam suspiciosae fraudulente imposuit eamque ad iniustitiam omnibus poenitendam per malum errorem abstraxit *). Neque enim dubitari potest quin Socrates hic quoque plane ad historiae fidem descriptus sit omniaque ab Apologiae conditore veritati convenienter sint exposita.

Neque vero aliter iudicandum de iis videtur, quae proxime apud Platonem subsequuntur. Quod enim Socrates asseverat, neminem quemquam eorum, qui sua quondam usi sint familiaritate, sibi postea ideo succensusse aut litem intendisse, plurimos autem etiam nunc esse, qui sibi usque bene cupiant, id planissime confirmatur etiam a Xenophonte Memor. I. 2, 48 sq. ubi inter alia haec sunt: καὶ τούτων (quos modo nominavit) οὐδεὶς οὔτε νεώτερος οὔτε πρεσβύτερος ὧν οὔτ' ἐποίησε κακὸν οὐδὲν οὔτε αἰτίαν ἔσχεν. Ac ne illud quidem a veritate et historiae fide abhorreere credibile est, quod in ipso exitu orationis narratur, Socratem spretis omnibus precibus et obtestationibus id unum optasse, ut iudices servata sacramenti dati sanctitate bona cum fide de caussa sua decernerent; alioquin enim violatum iri pietatem (p. 34. C — 35. E). Novimus enim singularem viri pietatem; novimus probitatis et honestatis amorem, quo fuit insignis; novi-

*) Xenoph. Mem. I. 2, 24 sqq. diserte testatur, Critiam et Alcibiadem, quamdiu usi sint Socratis familiaritate, bonos fuisse ac temperantes, sed relicto illo corruptos esse multorumque malorum auctores extitisse. Delirant igitur, qui omnia illorum scelera et flagitia illi imputant, ut nuper fecit quidam criticus.

mus denique eius constantiam et fortitudinem. Itaque nec in ipso exitu defensionis, suae sibi virtutis conscius, iudicibus generosi pectoris robur probare intermisit.

Atque haec quidem de prima parte orationis Socraticae. Quibus expositis perspicuum fore existimamus, Socratem coram iudicibus causam suam orantem ita in hoc libro descriptum esse, ut viri consilia atque studia plane ad historiae fidem deformata habeantur. Ex quo profecto clarissime intelligitur, Platonem in condendo hoc opusculo nihil aliud spectavisse quam quod supra iudicavimus. Voluit enim imaginem Socratis exhibere tamquam ad vivum exemplar expressam, unde quam clarissime perspiceretur ab omnibus, quid philosophando egisset, quid de diis eorumque veneratione sensisset, quid iudicasset de statu rerum civili, denique quorsum et quo animo sua vivendi consilia direxisset, ut istis omnibus declaratis etiam causae iniustissimi supplicii, quo esset affectus, cognoscerentur atque omni posteritati simulacrum viri ad veritatem effectum proponeretur, in quod omnes usque pii atque venerabundi intuerentur.

Ad hanc vero imaginem viri consummandam atque perficiendam sine dubio etiam ea pertinent, quae posteriore libri parte inde a p. 36. A. perorantur. Quae certe dubitari non potest quin et ipsa non ex alio fonte ducta sint quam ex rerum vere actarum memoria. Quod enim primum Meletus narratur prope modum causa cecidisse (p. 36. A.) iusto damnatorum suffragiorum numero vix accepto, eoque modo significatur vel inter heliastas fuisse plurimos, qui de Socrate sentirent melius; quod porro reus litem suam aestimare iussus denuo confirmat se de civibus suis optime meritum sibi videri ideoque munere sibi divinitus mandato, siquidem vita suppetat, perpetuo esse constanter ac fideliter functurum; quod denique idem suasu amicorum suorum eum servari cupientium multam aliquam offert eiusque summae sponsores satis locupletes ex amicis suis quosdam fore pollicetur; valent quidem ista omnia ad illustrandam Socratis magnanimitatem, innocentiam, fidem atque constantiam, sed natura sua item ita sunt comparata, ut plane de media vita sumta videantur.

Neque enim per se credibile est quidquam istorum, quae hic narrantur, mero arbitrato confictum esse, neque potuit Plato talia, praesertim quum se ipsum inter mulctae oblatae sponsores fuisse scribat, arbitrato suo confingere, siquidem causam Socratis ita ante oculos ponere constituerat, ut omnes eius rationes quam accuratissime perspicerentur.

Atque eadem plane ratio etiam eorum est, quae inde a p. 38. C. exposita leguntur. Postquam enim iudices secundis suffragiis confirmaverant quod ante litis aestimationem de Socrate fecissent iudicium, vir sapientissimus porro ita loquutus esse narratur, ut quam antea expromserat dicendi libertatem, eam iam sic retinuisse censi debeat, ut plane abierit in generosam illam superbiam, quam nobiles animi, recti conscientia ultra vulgarem humanitatis sortem elati, tamquam ultro assumunt, non quo humana omnia contemnant, sed quod sese humanis imbecillitatibus maiores atque celsiores esse sentiunt. Itaque iudicibus, qui ipsum condemnassent, vaticinatur facinoris sui poenitentiam, perinde ac si praeviderit, factum iri, quod paucis annis post revera factum esse narratur, ut Athenienses iniustitiae suae poeniteret. Quod quam bene consentiat cum iis sensibus, quos antea vidimus ab eo de muneris et officii sui sanctitate susceptos fuisse, vix monere attinet, ut haec vaticinatio profecto a germani Socratis mente et persona minime aliena videatur. Iam vero quod etiam iis, qui ipsum absolvissent, affirmat haud invitum se morti obviam ire, quandoquidem augeretur, ipsa morte divinum sibi obtingere beneficium, totus hic locus, si quis alius, item refert doctrinae et rationis Socraticae speciem manifestam. Quod enim Socrates p. 40. B sqq. docet mortem non esse in malis ducendam, quoniam, si sensum auferat, nullas habitura sit miseriae, sin autem nos in alium locum traducat, etiam maximam beatitatem allatura videatur; contendat mihi aliquis cum hoc loco illa, quae in Phaedone de animorum immortalitate disputantur, ac facile videbit, quantum Platonica a Socratis doctrina recedant *). Quippe Socrates locum de immortalitate

*) Miro iudicio Susemihlius Vol. I. Philos. Plat. p. 90.

fere leviter tantum neque aliter nisi populari sermone attigisse videtur. Quamobrem nec apud Xenophontem usquam de immortalitate subtilius disputat, nisi quis huc referre velit Mem. I. 4, 8., ubi de animi humani cum natura divina cognatione agitur, et IV. 3, 14. quo loco ex animi in corpus imperio colligitur etiam rerum universitati mentem divinam praeesse, quae tamen et ipsa populariter magis quam subtiliter sunt exposita. Neque alia ratio est apud Platonem in Critone p. 44. A. B. et p. 54. B., ubi etsi homini sapientissimo certior de immortalitate persuasio tribuitur, tamen res ipsa popularibus de statu animorum futuro opinionibus accommodata est. Quemadmodum autem Socrates in loco Apologiae, de quo nunc ipsum agitur, nihil omnino certi de re gravissima affirmat, sed ponit tantum de duobus alterutrum, ut mors aut omnem sensum auferat, aut animos ad meliorem vitam traducat; ita etiam Cyrus moriens apud Xenophontem Cyropaed. VIII. 7. §. 6 sqq., quem locum Cicero De senectute c. 22. Latine convertit, dubitanter de eadem loquitur, qui licet ex divina animorum natura spem immortalitatis repetat, tamen extrema oratione sua denique haec addit: „Quare, inquit, si haec ita sunt, sic me colitote, ut deum; sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen, deos verentes, qui hanc omnem pulcritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis.“ Qui quidem rex quum plane ad Socraticae rationis similitudinem institutus sit, consequens esse intelligitur, ut etiam Plato Socratem in Apologia de immortalitate dicentem quantum fieri potuit ad ipsam vitae veritatem informasse existimari debeat.

Atque haec quidem hactenus. Videmur enim satis demonstravisse Socratem in Apologia fere talem esse informatum, qualis revera fuit, ut Plato neutiquam ita versatus esse putandus sit, ut suo ipsius ingenio indulgens liberius viri aliquam speciem et imaginem effinxerit, quae vitae veritati minus responderet. Quod si ita est, sponte consequitur, ut phi-

„die Unsterblichkeitslehre ist (in der Apologie) eher platonisch als sokratisch.“

losophus in scribendo hoc libro nihil aliud sit sequutus quam quod supra indicavimus. Voluit enim Socratem ponere ante oculos, qualis revera fuisset; quem quidem quod in medium produxit caussam suam coram iudicibus orantem, una eademque opera etiam id efficere conatus est, ut notatis simul aetatis vitiis, quam iniquo iudicio vir tam magnus, tam sapiens, tam publice privatimque utilis, de medio esset sublatus, quam clarissime appareret, magistrique memoria ad omnem posteritatem consecrata haberetur.

Ac potuit sane Plato hoc scribendi consilium tanto rectius vel suscipere vel exsequi, quod etiam Athenienses videbat, perpetrato facinore, poenitentia rei tristissimae tactos esse gravissime. Neque enim de nihilo haustum, quod scriptores non contemnendi narrant, Athenienses post triste Socratis fatum decretum publicavisse, quo interdictum fuerit, ne quis publice vel in theatro mentionem illius faceret, eo scilicet consilio, ut indignissimi facinoris memoria quantum fieri posset aboleretur. Neque fide caret, quod iidem tradiderunt, amicos Socratis, qui, saeviente inimicorum odio et invidia, urbe excessissent et patria relicta in alias terras confugissent, in patriam esse revocatos ibique tam benevole exceptos, ut metus et periculi immunes plane iam securitate fruerentur *). Denique etiam quae a Diodoro Siculo, Laertio, Plutarcho, aliis, de accusatoribus Socratis vel capite damnatis vel male habitis et interfectis memoriae tradita sunt **), ita videntur comparata esse, ut aegre possint in dubitationem vocari. Neque vero causae istius poenitentiae, quae civium animos, turbis civilibus aliquando compositis, subiit, ullo modo obscurae sunt. Nam primum quidem animadverterunt Athenienses, sese eo maxime ab accusatoribus, qui privato potius odio quam propter publicae salutis studium senem sapientem accusavissent, in errorem fuisse pertractos, quod isti callidissime id tempus ad accusandum delegissent, quo facillime animi in reum

*) v. Brucker. Hist. Philos. Vol. I. Part. II. Libr. II. Cap. II. §. XI. ed. Lips. 1742. 4.

**) v. Commentar. ad p. 23. et 24. et Luzac. Orat. de Socrate Cive. p. 41 sqq. et p. 131 sqq.

innocentem possent exacerbari et ad calidius de eo iudicium permoveri. Etenim coeperat sane populus, excussa triginta tyrannorum dominatione, quam Anytus quoque fortiter impugnaverat, expulsis illis in civitate etiam factus clarior ac potentior, coeperat igitur populus pristinae reipublicae constitutionem adeo rursus amplecti ac diligere, ut iam acerrime odisset omnes, qui de rerum novarum cupiditate suspecti putarentur. In quorum numero quum imprimis etiam philosophi ac sophistae haberentur, factum est ut iudices populares, qui magnam partem una cum Thrasibulo redierant (Apol. 21. A.), accusatorum calumniae facile crederent, qui Socratem, utpote Critiae magistrum et iam dudum a poetis comicis atque clandestinis adversariis et calumniatoribus, quales in priore Apologiae parte describuntur, in malam suspicionem adductum, in eorum numero habendum esse arbitrantur, quum tamen ille non rempublicam sed reipublicae vitia arguisset et salvis legibus publicis non tam instituta publica quam civium mores et ingenia emendare conatus esset. Ita vero factum est, ut qui sub tyrannis damnationem evaserat, libera iterum civitate non evaderet, ab Anyto imprimis, tum magna auctoritate ac potentia inter cives florente, propter offensas quasdam pessumdatus. Deinde vero etiam senserunt Athenienses, illo supplicio revera damnum importatum esse reipublicae. Nam restituta denuo democratia ipsa reipublicae conditio et fortuna graviter sane admonuit, novam disciplinam atque vivendi legem ad servandam publicam privatamque felicitatem valde esse necessariam (v. Eunap. Aedes. p. 35. ed. Steph.). Evanuit igitur tum species periculi, quod ex Socratis disciplina exoriri visum esset. Nam licet ille democratiae minus favisset magisque probavisset paucorum imperium, quippe quod facilius scientiae laudem tueri posset (Xenoph. Mem. III. 9, 10.), quam ad omnia vitae negotia requirebat; tamen clarius intellectum est, voluisse eum rempublicam non evertere aut pessumdare, sed emendandis civium studiis atque moribus iuvare atque stabilire. Quo ipso quum ad perpetuam civitatis salutem nunc cum maxime opus esse videretur, viri certe cordatiore, quanta clades bono publico tristi viri obitu inflictæ esset, facile senserunt, alii autem ideo resipuerunt,

quia miseriam civitatis studiis democratiae in dies magis adaugeri non sine dolore animadverterunt. Quae quidem omnia si probabiliter sunt disputata, certe sponte intellectum iri arbitramur, qui fieri potuerit, ut Plato ipsis temporibus ad capiendum exsequendumque consilium illud invitaretur, quod ab eo Apologia Socratis scribenda susceptum et peractum esse iudicavimus.

Certum est igitur et exploratum, de quo hactenus exposuimus, summum philosophum in edendo hoc defensionis libello id unum maxime spectavisse, ut Socratis coram iudicibus causam suam orantis imaginem quam maxime fidam exhiberet, unde tam viri studia quam iudicii de reo facti rationes plenius cognoscerentur, et quae ipsi cum popularibus suis intercessisset necessitudo accuratius perspiceretur.

Atque haec si vere a nobis disputata sunt, sponte etiam appariturum esse existimamus, quid de orationis Socraticae forma atque compositione iudicari oporteat. Quippe philosophus dum retulit orationem Socratis sic, ut prope ipsum sapientem dicentem audire videamur, una eademque opera etiam speciem quandam effinxit eius eloquentiae, quae homine sapientiae studioso unice digna videretur. Quae quidem qualis sit, statim in ipso libelli initio satis perspicue significatur. Arguuntur enim ibi adversarii vanitatis, quae veritatis rationes callide pervertat. Tribuitur illis porro oratio verborum ac sententiarum venustate splens et artificii oratoriis calamistrata, quae careat simplicitatis commendatione. Denique proprium iis assignatur genus dicendi iudiciale, quo tum utebantur fere litigantes, ut illi videantur plane sese composuisse ad eum morem, qui in iudiciis et conventibus publicis regnare coeperat, ex quo Sicula eloquentia Athenis ad summum honorem pervenisset. Haec omnia vero Socrates ultro profitetur sibi nulla ex parte probari. Quocirca manifestum est, Socraticae orationis virtutem in eo ipso positam esse, ut primum quidem specie vel potius fraude oratoria remota omnia tribuantur studio veritatis; deinde spretis orationis ornamentis nativae dicendi simplicitati locus suus concedatur; denique pro iudiciali dicendi genere is sermo adhibeatur, qui disserendi et confabulandi con-

suetudini cognatus et affinis sit ideoque animos ita afficiat atque moveat, ut audientes ratione simplicissima ad persuasionem veri rectique perducantur. Nimirum haec omnia sponte apparet Socratis ingenio ac moribus adeo esse consentanea, ut hoc quoque nomine imago viri plane ad vivum expressa esse iudicari debeat. Quod si ita est, Plato profecto Socratem una opera et ut philosophum atque civem et ut oratorem ad ipsam veritatis speciem elegantissime deformavit. Haec autem si vere a nobis sunt explicata, clarissime apparere arbitramur, Apologiam Socratis Platoniam non esse posse illi Lysiae orationi oppositam, quam celeberrimus orator dicitur Socrati reo obtulisse, ut eam edisceret et in iudicio sui defendendi causa recitaret, sicuti statuerunt A. Boeckhius in *Min. Plat.* p. 182. et Franc. Susemihl *Genet. Explic. Philos. Platon.* Vol. I. p. 87 sq. Nam si vera sunt quae ea de re memoriae prodiderunt Cicer. *De orat.* I. 54. Quintil. II. 15, 30. Valer. *Max.* VI. 4. ext. 2. Plutarch. *Vitt.* X. *Oratt.* p. 836. B. Diogen. *Laert.* II. 40., ex quibus Cicero narrat Socratem Lysianam orationem non invitum legisse et commode scriptam esse iudicasse, sed sibi ideo dixisse minus esse commodam, quia parum fortis et virilis videretur; certe multa sunt, quae impediunt, quominus Lysiam imprimis editione Apologiae a Platone notatum et reprehensum esse nobis persuadeamus. Nam primum quidem Apologia tota Socratis ipsius refert animum et ingenium, nec vero dedita opera ad carpendum Lysiam comparata est, in cuius oratione si quid desideratum fuit, certe illud unum fuisse narratur, quod esset mollior et delicatior nec satis fortis ac virilis. Nec vero ullo modo fieri potuit, ut, si Socratis animus fideliter exprimeretur, unius Lysiae causa colores imaginis propositae mero arbitrio variarentur. Itaque vel hanc ob causam sic potius statuendum est, ut Platonem censeamus significavisse, Socratis rationem ab eorum omnium more fuisse diversam, qui in orationibus iudicialibus nec veritatem rerum curarent et omnia artificiosae eloquentiae tribuerent; quod certe non ad Lysiam sed ad iudiciales oratores omnes pertinuit. Deinde nec ullo pacto credibile est, Platonem, quo tempore Apologiam in lucem publicam emisit, animo adeo in-

grato et inimico erga eum fuisse, qui studio vere laudabili causam magistri pro viribus sustentare voluisset, ut ipsum ideo etiam haberet ludibrio et inertiae crimine oneraret. Quamquam ipse postea artem illius rationemque propterea improbavit, quod philosophandi subtilitate atque sublimitate prorsus destitueretur. At nimirum istud quidem de celeberrimo rhetore iudicium longo demum tempore post expromsit, quum ex primis itineribus in patriam reversus philosophiam in Academia docere constituisset, quippe tum sibi faciendum ratus, ut rhetoricam cum philosophia quasi in certamen committeret, et, Lysiae exemplo ob oculos posito, luculentius demonstraret, quam vana esset et inanis laus artificialis istius eloquentiae, quae licet sese mirum quantum iactaret, tamen artis ratione plane carere iudicanda esset. Id quod ab eo in *Phaedro* ita factum esse in vulgus notum est, posteaquam iam antea in *Gorgia* et in loco nobilissimo *Theaetet.* p. 172. C—177. B. ostenderat eloquentiam vulgo in foro et in populi concionibus regnantem non ad probitatem atque honestatem sed ad gratiam et voluptatem comparatam esse. Quae quum ita sint, nos quidem aperte fatemur in ea esse sententia, ut Lysiam a Platone scriptione Apologiae petium esse nulla ex parte verisimile esse censeamus.

Atque haec quidem hactenus. Superest, ut paucis quaerendum sit de tempore, quo Apologia Platonis litteris consignata et in lucem publicam emissa sit.

Videntur vero origines eius incidere in tempora non ita multo post Socratis obitum insecuta. Cuius sententiae argumenta si qui requirant, sunt illa prope in medio posita. Nam primum quidem vix est credibile, Platonem tale pietatis monumentum, quale hoc est, longiore demum tempore post obitum Socratis elapso conditurum fuisse, quod certe consentaneum est iam tum ab eo fuisse compositum, quum recens adhuc dolor esset ex magistri morte susceptus recensque indignatio, quam factorum iniquitas atque temporum iniuria excitavisset. Deinde illud quoque, quod Athenienses brevi post Socratis condemnationem facti poenitentia invasisse narratur, de quo supra exposuimus, certe fuit eiusmodi, ut philosophum im-

pellere ac movere deberet ad Socratis memoriam vel instaurandam vel ab iniuria vindicandam, atque id agere, ut aliquando certius confirmarentur popularium suorum de illo iudicia, praesertim quum vel e Gorg. p. 484. C. p. 485. A sqq. p. 500. C. Theaetet. p. 176. A sqq. suspicari liceat, etiam tum fuisse, qui istud defensionis genus, quo Socrates usus esset, non usquequaque probarent. Accedit huc, quod Plato Socrate interento apud animum constituit in posterum publica plane abstinere, et easdem quidem ob causas, quas antea vidimus etiam Socratem permovisse, ut nunquam publicis fungeretur muneribus, semper privatam degeret vitam. De qua re vid. Epist. Platonic. VII. init. Itaque quum Athenis aut iam valedixisset aut brevi esset valedicturus, faciendum sibi putavit, ut huius consilii sui causas civibus suis palam declararet; quod ne tum quidem deseruit, quum multo tempore post ex longinquis itineribus reversus philosophiam in Academia tradere animum induxisset. Denique ad rem certius definiendam nec inutile erit meminisse, arctiorem quandam Apologiae cum Euthyphrone, Menone atque Critone intercedere conjunctionem ac necessitudinem. Nam in Euthyphrone quidem, qui in rimandis explorandisque pietatis notionibus versatur, causa accusationis ab impietate repetita ita indicatur, ut simul Meleti, qui nuper Socrati litem intendisset, adolescentia atque rerum imperitia subsannetur adeoque Socrati ab Euthyphrone causae suae victoria promittatur atque praedicatur, p. 2 — 3. E. In Menone porro, in quo de virtutis natura in utranque partem disputatur, eadem opera ostenditur, qui factum sit, ut Socrates virorum civium, utpote virtute civili fastuose superbientium, iracundiam in se concitaverit, quod quidem ita fit, ut etiam Anytus cur ipsi succensuerit, luculentissime declaretur; v. p. 90. B. — 94. E. Iam vero in Apologia virum sapientem audimus se ipsum defendentem adeoque studia sua atque consilia describentem, quibus de civibus suis per totam vitam suam bene mereri conatus sit. Denique in Critone demonstratur, Socratem eum fuisse civem, qui legibus patriae vel tum, quum captivus in carcere teneretur, per omnia religiose obtemperaverit. Pertinent igitur hi libri omnes ad accusationem Socratis continenturque inter se ar-

gumentum quadam cognatione, ut ultro conicere cogamur, eos nec temporibus multum diversis litteris consignatos esse. Iam vero Meno sine controversia scriptus est aut paullo ante Socratis accusationem aut causa eius vixdum in iudicium deducta, sicuti videmur Prolegg. ad Men. ed. Lips. p. LIII sqq. atque edit. Gothan. Vol. VI. P. II. p. 20 sq. ostendisse, cui rationi nostrae nuper alii quoque vel tace et clam vel aperte ac sincere accesserunt. Neque aliter existimandum videtur de Euthyphrone, quem iure videmur cum Schleiermacherso, Socherio et Schierenbergio ei tempore adsignavisse, quo causa Socratis haud ita pridem erat in iudicium deducta nec iam tristis eius exitus praevideri poterat. De qua ratione v. quae disputavimus in Prolegg. ad Euthyphron. p. XXXVI sqq. ed. Lips. et Opp. Plat. Vol. VI. Part. II. p. 142 sqq. Nam quod nuper Semihlius Hist. Philos. Platon. genet. Vol. I. p. 125 sq. libellum post Gorgiam demum scriptum esse censuit, duplici certe nomine falsus est. Neque enim in Euthyphrone ulla extant, sicuti ille putat, doctrinae idearum vestigia, quandoquidem locus p. 6. D. E. id minime evincit, ubi εἶδος et ἰδέει nihil aliud est nisi genus notionis, eo sensu, quo Plato Socraticus intellexit. Nec vero disputatio de falsis opinionibus, quae vulgo de diis eorumque cultu circumferebantur, instituta ullo modo causae Socratis potuit officere, ut vir doctissimus sibi persuasit, qui non videtur legisse, quae ea de re in editione Gothana p. 143 sqq. copiosius exposuimus. Itaque certum et exploratum habemus, Menonem et Euthyphronem scriptos esse quo tempore accusatio Socratis ab eius inimicis modo instituta ac suscepta erat atque lis adhuc in iudicio pendebat. Porro dialogus nomine Critonis inscriptus etsi nulla habet indicia, unde certiore de eius tempore natali coniecturam capere liceat, tamen Socratem ut civem legibus patriae etiam tum, quum condemnatus esset, religiosissime obtemperantem tam populariter tamque ad vulgi captum accommodate describit, ut non potuerit nisi paullo post Socratis supplicium litteris mandari. Iam vero Apologia Socratem sistit in iudicio publico causam suam ita orantem, ut omnis eius indoles atque virtus in clarissima luce collocata conspiciatur, pertinetque

item ad illustrandam eius accusationem atque simul etiam condemnationem. Ex quo verisimiliter colligere licet, etiam hunc libellum circa tempora illa periculosissima, hoc est, non ita multo post quam reus capitis supplicio fuit condemnatus, scripto mandatum esse.

Itaque his quidem ita disputatis quid de Apologiae argumento, consilio, arte denique et compositione existimandum sit, satis appariturum esse speramus. Nec vero iam opus erit defendere argumentis pluribus scripti fidem et auctoritatem. Illud tamen non supervacaneum erit admonuisse, notum fuisse libellum iam Aristoteli, quod quantum ad eius fidem tutandam valeat, vix eget admonitione. Is enim in Rhetoricis bis sententias quasdam memorat ex hoc libello desumptas; quod licet suppresso Platonis nomine fiat, tamen huius scriptionem revera significari, perpensis rerum momentis omnibus, nemo temere infitias averit. Nam Rhetor. Lib. II. sect. 23. p. 1398. ed. Bekker. ἄλλος (ἐλεγος) ἐξ ὀρισμοῦ, οἷον ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδὲν ἐστὶν ἄλλ' ἢ θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον· καίτοι ὅστις οἶεται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἰεσθαι καὶ θεοῦ εἶναι: quibus verbis apertum est respici illa Apologiae p. 27. B. C. D. E. Ibidem vero Lib. III. sect. 18. p. 1419. etiam haec leguntur: πυνθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν μὴ προσερωτᾶν τὸ φανερόν, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν, οἷον Σωκράτης Μελήτων οὐ φάσκοντος αὐτὸν θεοῦ νομίζειν εἰρηκεν, εἰ δαιμόνιον τι λέγοι, ὁμολογήσατος δὲ ἤρετο, εἰ οὐχ οἱ δαίμονες ἦτοι θεῶν παῖδες εἶεν ἢ θεῖόν τι· φησαντος δὲ, ἐστὶν οὖν, ἔφη, ὅστις θεῶν μὲν παῖδας οἶεται εἶναι, θεοῦ δὲ οὐ; quae ad eundem illum locum Apologiae spectare propemodum in oculos incurrit.

Sed hic quidem Prolegomenis nostris aliquando finem statuere consultum erit. Superest ut codices manuscripti enumerandi sint, ex quibus lectionis varietas verbis Platonis subiecta manavit.

Recensus codicum manu scriptorum,

ad Apologiam excussorum.

Clarckianus s. Bodleianus. Coislin. (I)
Venet a. A \mathcal{E} , et, qui nobis b signatus est, II. Vind.

1. 2 (Bekkerō Y). 3. 4. 5. 6. (Bekkerō ψ). Flor. a. b. c. d. e. g. h. i. Vatic. Zittav. Angel. u. Paris. BCDEHST. et g, quanquam de hoc aliter Bekkerus in Elencho Codd. p. X., ut voluisse videatur Ricard., quem g signavit. v. Commentar. Crit. T. I. p. VII. Praef.

Bodleianum s. Clarckianum excussit Gaisfordius. Parisinos BCDEHST. Coislin. I., Angelicum, qui littera u signatus est, Venetos A \mathcal{E} ., et incertum g, Im. Bekkerus contulit, qui de iis exposuit in Indice Codicum. Nos adhibuimus Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. a Bastio excussos, de quibus, sicuti de reliquis libris a nobis primum usurpatis, Tom. XII. in Platonis Operum edit. Lipsiensi p. III sqq. narravimus. Duos horum Vindobonensium usurpavit etiam Im. Bekkerus, unum 2., quem ille notavit littera Y., alterum b., quem ψ . esse voluit. Nos in his notandis nostris siglis usi sumus. Praeterea Bastii industriae debuimus Venetos litteris a. et b. notatos. Horum altero b. etiam Im. Bekkerus usus est, insignito ipsi littera II.; cui praeterea etiam praesto fuerunt duo alii Veneti, quos ab ipso A \mathcal{E} . vocatos esse antea indicavimus. Porro adhibuimus librum Vaticanum item a Bastio excussum; Zittaviensem, ex quo Rudolphus excerpit varias lectiones; Palatini fragmenta a Creuzero publicata; et Florentinos octo, quorum collationem J. A. C. Weigelius, vir honestissimus, a Cel. Furia impetraverat, signatos illos iis, quas supra posuimus, litterarum formis. Collatos igitur ad Apologiam habemus codices triginta unum vel duo: qui quatenus inter se vel consentiant vel dissentiant et quanti aestimandi sint, quoniam vel levis variae scripturae consideratio docet, non est cur hoc loco exponamus. Illud unum admonuisse non supervacaneum erit, nos optimis quidem, veluti Bodleiano, Vaticano et Ven. b., plurimum, nec vero omnia tribuisse, quandoquidem illi quoque grammaticorum recensionem referunt, quae ad criticam probabilitatis legem comparatis etiam aliis codicum scripturis semper et ubique examinanda est.

Editiones Apologiae et Critonis singulares.

Separatim hi libelli editi et commentariis instructi sunt saepissime. Quamquam editiones superioribus saeculis ab Jo. Sturmio, Esromo Rudingero, Jo. Sam. Müllero, aliis, curatae (de quibus v. Notitt. litterar. ap. Fischerum praef. ad IV. Di- all. Euthyphrone Apol. Criton. Phaed. Lips. 1783. p. 203.) nec praesentis aetatis desideriis conveniunt nec omnino multum utilitatis ad eius interpretationem iuvandam ac provehendam attulerunt. Quocirca satis erit hoc loco indicasse eas utriusque libri editiones, quibus Platonis intelligentiae vel critice vel etiam habita interpretationis ratione ita prospectum est, ut hodie quoque mentione dignae videantur. Quod quidem ita faciemus, ut subinde nostrum de iis interponamus iudicium. Accipe igitur iam horum librorum recensum.

Platonis Dialogi V. (Amatores, Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo.) Recensuit, notisque illustravit Nath. Förster. Edit. sec. Oxon. 1752. 8. De interpretatione horum librorum primus melius meritus est; opes tamen criticas peculia- res nullas habuit.

Platonis Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phae- do, Graece. Ad fidem codd. mss. Tubing. August. alio- rumque et librorum editorum veterum recensuit, emendavit, explicavit I. Fried. Fischerus. Ed. tert. Lips. 1783. 8. Summa cum diligentia Fischerus versatus est in lectionibus vet. editt. et codicum enotandis et diiudicandis, quanquam non raro iudicio suo a vero aberravit. Nihilominus vir egre- gius hac una opera melius de Platone deque universis literis Graecis meritus est, quam multi eorum, qui infami convi- ciandi et calumniandi licentia usi de laudibus viri summi ma- ligue detrudere conati sunt.

Platonis libri IV. Gorgias, Apologia Socratis, Char- mides, Hippias maior. Scholarum in usum edidit L. Heindorfius. Praefixa est annotatio critica in Apologiam Socratis. Berol. 1805. 8. Adnotatio per- brevis.

Platonis dialogorum delectus. Pars. I. Euthyphro, Apologia Socratis, Crito. Ex recessione et cum La- tina interpretatione Fr. A. Wolfi. In usum praelectionum Berolin. 1812. 4. min. Adnotationem habet nullam.

Platonis Dialogi IV. Meno, Crito, Alcibiades uterque cum adnotatione critica et exegetica. Ed. IV. Curavit Philip- pus Buttmannus. Berol. 1822. 8. Editio horum libro- rum primum suscepta fuit a Biestero et Fr. Gedickio a 1780. tertium repetita assumto socio Phil. Buttmanno, Berolin. 1811. Quartam editionem solus Buttmannus opi- bus criticis Im. Bekkeri primum usus administravit multis- que novis accessionibus locupletavit.

Crito, Laches et particula Apologiae Socratis et Phaedonis leguntur etiam, animadversionibus additis, in la- cobsii, V. Cl., Chrestomathiae Graecae T. III. qui inscriptus est: Sokrates oder Auszüge aus den phil. Schrift- stellern der Griechen. Für die mittlern Classen gelehrter Schulen.

Platonis Apologia Socratis et Crito. Edidit et in scho- larum maxime usum interpretatus est Car. Guil. Elber- ling. Havniae, 1837. 8. Editio commendabilis, brevibus com- mentariis instructa iisque bene Latinis.

Platonis Crito. In usum scholarum edidit J. C. Held. So- lisbaci, 1838. 8. Editio aliorum fere annotationes in brevius contractas easque plerumque grammaticas exhibet, quibus unis tamen Platonis intelligentia neitiquam satis adiuvatur.

Platonis Apologia Socratis. In usum scholarum edidit J. C. Held. Solisbaci, 1844. 8. De hac quoque opella iudi- candum est, quod de Critone diximus.

Platonis dialogorum delectus. Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo. Ad fidem codicum recognovit et summa- riis instruit G. Stallbaum. Lipsiae, ap. Serig. 1838. 8. min. Editio parvo parabilis: addita est etiam annotatio critica.

Platons Apologie des Socrates. Uebersetzt und erläu- tert von Fr. A. Nüsslin. Mannheim, 1838. 8. ed. 2. 1848. 8. mai. Habet egregias de rebus ac sententiis commentationes.

Kriton. Ein Platon. Gespräch, übersetzt und erläutert von F. A. Nüsslin. Mannh. 1843. 8. ed. sec. 1850. Continet hic quoque liber multa egregia, quae ad interiorem Platonis sen- sum recludendum valeant.

Platons Vertheidigung des Socrates, übersetzt v. J. H. Voss, olim edita in libro: Deutsches Museum a. 1776. Vol. 10. nunc legitur in libro postumo: Anmerkungen und Randglossen zu Griechen und Römern v. J. Heinr. Voss. Herausgegeben v. Abrah. Voss. Leipz. 1838. 8. p. 119 sqq. ubi quae additae leguntur annotationes criticae, eae quum Fischerum maxime impugnent, tum certissime

argunt, Vossium tum quidem fuisse criticum et grammaticum ad Fischeri virtutem nullo modo comparandum. Quapropter melius utique fuerat futurum, si ista omnia perpetua sepulta mansissent oblivione; sunt enim nullius pretii.

Platonis Laches, Euthyphro, Apologia Socratis et Menexenus. Ed. Engelhardt. Berolin. 1826. 8. Editio multis nominibus commendabilis, maxime occupata in disceptandis rebus grammaticis.

Platons Vertheidigung des Sokrates. Griechisch und deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. Leipz. b. Engelmann. 1846. 8. min. et edit. 2. ibid. 1850. 8.

Platons Euthyphron u. Kriton. Griechisch u. deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. 2te Ausg. 1850. Ibid. Animadverss. hic et illic aliquid ad criticam et exegeticam afferunt.

Platonis Apologia Socr. Crito et Phaedo. Accedit emendationis specimen in nonnullis reliquorum dialogorum (sic!) edidit R. B. Hirschig. Traiecti ad Rhen. ap. Kemink typogr. 1853. 8. Editor severi critici partibus susceptis in Platonem suum passim iusto saevius est grassatus, quippe qui ubique inepta odoratus sit glossemata et multos locos nimia fere audacia corrigere ac refingere studuerit. Quibus consiliis ipsius in commentariis nostris plerumque adversati sumus, ex quibus facile intelligetur, quibusnam ille in Critica factitanda ductus sit rationibus.

Platons Apologie des Sokrates u. Kriton. Mit erklärenden Anmerkungen für den Schulgebrauch von A. Ludwig. Wien b. Gerold. 1856. 8.

Platons Vertheidigungsrede des Sokrates u. Kriton. Für den Schulgebrauch erklärt v. Christian Kron. Leipz. 1857. b. Teubner. Utraque editio tironibus destinata notulas maximam partem grammaticas easque in brevius contractas habet, laudatis passim libris grammaticis hic et illic usitatis.

Praeterea de utroque Platonis opere consulendi sunt C. Frid. Hermann. Geschichte d. Platon. Philosoph. I. p. 468 sqq. Car. Steinhart in Interpretat. Opp. Platon. Germ. Hieron. Mülleri Vol. II. p. 233 sqq. 280 sqq. 291 sqq. 322 sqq. Frieder. Schleiermacher. Platons Werke Vol. I. P. II. p. 181 sqq. et p. 231 sqq. ed. sec.

PLATONIS

APOLOGIA SOCRATIS.

Cap. I. Ὅ τι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πε- 17
πόνθατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγορῶν, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δ'
οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἑμαυτοῦ ἐπελαθόμεν.

Cap. I. P. 17. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,] Codd. quidam ὦ Ἀθη-
ναῖοι, ut p. 34. D. et p. 36. B. cap. XXVI. in. al. Sed omissio
voc. ἄνδρες e scripturae compendio orta est. Formula enim in
codd. antiquis sic scripta reperitur: ὦ ἄθν. unde originem duxit
quod alii habent: ὦδε Ἀθηναῖοι vel ὦδ ἄθ. Nimirum imperiti li-
brarii litteram δ super ω positam pro circumflexu habuerunt, quum
ea significaret ἄνδρες. Ita Bastius, gravis vir auctoritatis, cuius
verba olim retulimus in edit. Weigel. T. IX. p. 33. nunc repe-
tenda putavimus, ut quorundam mutandi lubido coerceretur. Alii
quidam libri Ἀθηναῖοι omittunt.

ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4.
Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo ἐγωγ' οὖν.

ὀλίγου ἑμαυτοῦ ἐπελαθόμεν] Omittunt δειν vulgo post
ὀλίγου intrusum Bodl. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. Florr. b. e. g. h. i.
Coisl. Ven. A. Parr. DEHST. Ang. prim. m. Vind. 2.

Cap. I. P. 17. A. ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι] Intelligentur He-
liastae, h. e. iudices e populo
per sortitionem delecti, de qui-
bus v. etiam ann. ad p. 36. A.
ann. et Schömann. Antiqui-
tatt. Juris publici Graecorum §.
XLIX. p. 263 sqq. Ii praeter
alias causas gravissimas etiam
causas impietatis, τῆς ἀσεβείας,
ab archontum secundo sive rege
ad eos delatas iudicabant. Ἀθη-
ναῖοι appellantur non sine causa,
sed ut admonerentur patriae suae
gloriam et dignitatem. conf. infra
Cap. 17. med. p. 29. D. Itaque
prave libri nonnulli Ἀθηναῖοι
omittunt. Verba Ὅ τι μὲν ὑμεῖς

πεπόνθατε κτλ. hoc modo intelli-
gas: Quomodo animi vestri
ab accusatoribus meis af-
fecti sint, s. quomodo ani-
mos vestros affecerit et
commoverit oratio accu-
satorum meorum. De ὑπὸ
cum verbo neutro coniuncto v.
Matth. Gr. §. 496. 3. et de
simili usu praep. ab apud Lati-
nos Heusinger. ad Cic. de
Offic. 1. 2, 12. Goerenz. ad
Academ. 1. 11.

ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς
ἐπελαθόμεν] Sed hoc ut-
cunque est, ego vero et
ipse prae eorum oratione
mei prope oblitus sum. Fa-

οὕτω πιθανῶς ἔλεγον. καίτοι ἀληθές γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν εἰρήχασι. μάλιστα δὲ αὐτῶν ἐν ἐθαύμασα τῶν πολλῶν ὧν ἐψεύσαντο, τοῦτο, ἐν ᾧ ἔλεγον, ὡς χρῆν ὑμᾶς B εὐλαβεῖσθαι, μὴ ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατηθῆτε, ὡς δεινοῦ ὄντος λέγειν. τὸ γὰρ μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθήσονται ἔργῳ, ἐπειδὴν μηδ' ὅπωςτιοῦν φαίνωμαι δει-

B. ὡς χρῆν ὑμᾶς] *χρή* Bas. 2. Vindob. b. Par. C. et corr. B. probante Heindorfio ad Protag. §. 30.

μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα] *ὅτι* edit. Bas. et Forster. probante Heindorfio. Sed licet recte dicatur *αἰσχυνεσθῆναι* et *ἐλέγχεσθῆναι*, tamen verum videtur *ὅτι*. Nam pro *ὅτι* non dubito quin Plato ὁ scripturus fuisset.

καλοῦσιν οὗτοι] V. αὐτοί, quod e Bas. 2. Bodl. Parr.

tetur igitur se adeo propemodum sui ipsius oblitum esse, h. e. eo adductum, ut putarit se non esse eum, qui revera sit. Quibus verbis nemo est quin sentiat acerbam contineri irrisionem. Eandem loquutionem habes Phaedr. p. 228. A: *εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγροῶ, καὶ ἐμαντοῦ ἐπιέλησμαι*. Menexen. p. 235. C: *μῶγῃς ἀναμνησκούμαι ἐμαντοῦ*. De δ' οὐν. v. infra p. 34. E. Theaet. 197. B. Symp. p. 180. D. Protagor. p. 315. E. *ὅς ἔπος εἰπεῖν*] h. e. prope nihil; pertinet enim formula ad οὐδὲν εἰρήχασιν. v. ad Gorg. p. 450. B. coll. inf. p. 22. B. D.

αὐτῶν ἐν ἐθαύμασα] De genitivo αὐτῶν vid. Matth. Gr. §. 317. Germanice dixeris Eins an ihnem; nam αὐτῶν est masculinum. Nec quidquam habet offensionis, quod etiam τῶν πολλῶν ex ἐν nexum suspensumque est. Hoc enim dicit: Maxime vero in iis unum miratus sum ex multis illis, quae commentis sunt. Eodem modo mox: τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἂν εἶναι. ἐν ᾧ, wobei, quo loco, ubi.

ὡς χρῆν ὑμᾶς εὐλ., μὴ — ἐξαπατηθῆτε] Verissime olim, Heindorfius legitimam modo-

rum consecutionem ἐξαπατηθεῖτε, optativum modum, requirere iudicavit, nec tamen eo usque processit, ut id unice necessarium statuerit. Neque coniunctivus temere reiiciendus est, praesertim quum eum libri mss. omnes tueantur. Ponitur enim ille, sicuti dudum demonstravit God. Hermannus. De emendanda ratione Graecae grammat. p. 208 sq. etiam post praeterita, ubi res nondum perfecta sed etiam nunc experienda et usu cognoscenda significatur, ut Criton. p. 43. B. Eurip. Hecub. v. 27 sq. al. conf. Matthiae Gr. Gr. §. 518. 1. p. 1180. ed. 3. Rost. Gr. Gr. §. 122. 10. a. p. 655 sqq. ed. 7. Hoc igitur dicit Socrates: quo loco dicebant oportere vos vobis cavere, ne iam ea, quam exorsus sum oratione, decipiamini. Nimirum respicit orator, mentis cogitatione a praeterito tempore ad praesens deducta, nunc id unum maxime, quod in praesenti cavendum sit; quae ratio imprimis post verba timendi, curandi, cavendi locum habet, quorum vis et potestas ea est, ut animis facile praesentis periculi et curae imaginem obiciant; v. Matthiae Gr. Gr. §. 518. I. 1. lam vero

νός λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναίσχυντότατον εἶναι, εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλοῦσιν οὗτοι λέγειν τὸν τάληθῆ λέγοντα· εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοῖν ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τοὺτους εἶναι ῥήτωρ. οὗτοι μὲν οὖν, ὡς περ ἐγὼ λέγω, ἢ τι ἢ οὐδὲν ἀληθές εἰρήχασιν· ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Οὐ μέντοι μὰ Δι', ὦ ἄνδρες

BCDST. Vat. Vind. 1. 4. 6. Ven. b. Flor. a. d. g. h. mutatum. Et ponitur οὗτος ita ad significandum contentum, ut Criton. p. 45. A. Sympos. p. 181. E. De Rep. III. p. 403. A. al.

ἢ τι ἢ οὐδὲν ἀληθές εἰρ.] Sic Bodl. Parr. DST. Vind. 1. Ven. b. a. pr. m. Flor. d. g. h. Ceteri ἢ τι ἢ male omittunt. Mox vulgo δέ μου, quod correxit Bekkerus suadente Heindorfio.

quod χρῆν ponitur, imperfectum accommodatur praecedenti ἔλεγον, ut nec opus sit *χρή* vel *χρεῖν* refingere. Quanquam illud in odd. nonnullis scriptum legitur neque displicuit Heindorfio ad Protagor. §. 30. Nimirum omnino variata est nonnihil verborum constructio.

B. ἐπειδὴν μηδ' ὅπωςτιοῦν] Adduntur haec ad illustrandum vocabulum ἔργῳ. Voc. ὅπωςτιοῦν Phavorinus et Thom. Mag. h. v. tradunt Attice dici pro ὅπωςοῦν. Quanquam inde non colligi licet, ὅπωςοῦν Atticis fuisse inusitatum, v. Ducker. ad Thueyd. VII. 49. Intpp. ad Xen. Cyr. 1. 4, 15. Significat autem μηδ' ὅπωςτιοῦν ne tantillum quidem, nulla ex parte, nulla tenuis. Sic οὐδ' ὅπωςτιοῦν infra p. 26. E. ap. Xen. Oecon. XIII. 12. Cyrop. VIII. 4, 9. Memorab. 1. 6, 11. al. Mox εἰ μὴ ἄρα, ut Lat. nisi forte, dicitur ironice; v. Wytttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 733. et Matthiae Gr. §. 617. c.

οὐ κατὰ τοὺτους εἶναι ῥήτωρ] Speciosa est Mureti sententia, qui Varr. Lectt. 3. III. οὐ delendum censuit. Sed recte iudicavit Fischerus declarare his verbis Socratem, se idem

sentire cum accusatoribus de officio oratoris, ut vera dicat, sed non eadem facere, quae illi fecerint, qui falsa dixerint. Itaque οὐ κατὰ τοὺτους εἶναι ῥήτωρ est: me oratorem esse istorum dissimilem, quum ego vera dicam, non falsa.

ἢ τι ἢ οὐδὲν ἀληθές εἰρήχασιν] h. e. nihil propemodum veri dixerunt: sic habent wenig oder nichts Wahres gesagt. Nam usurpatur haec formula ita, ut negandi habeat potestatem; v. Valckenar. ad Herodot. III. 149., qui comparat Xenoph. Cyrop. VII. 5, 45: τοῦτων τῶν περιεστηκότων ἢ τινα ἢ οὐδὲνα οἶδα. Aelian. de Nat. Anim. VI. 50: ἴσασιν Αἰγυπτίων ἢ τις ἢ οὐδεὶς. VII. 8: θανμάζει τις ἢ οὐδεὶς. cf. etiam Matth. Gr. §. 487. 8. Grammatici quum non caperent formulae vim et significationem, verba ἢ τι ἢ tanquam supervacanea deleverunt, ut factum est in cod. Vaticano, ubi quum olim scripta exstarent, a secunda manu expuncta sunt. Etiam De Rep. VI. p. 496. C. haec formula criticis in fraudem induxit. Deinde πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν recte Fischerus Latine reddidit omnem rem, sicuti revera se habet. Homer. Odys.

C Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων, ῥήμασι τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῆ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι· πιστεύω γὰρ δίκαια εἶναι ἃ λέγω, καὶ μηδεὶς ὑμῶν προσδοκησάτω ἄλλως. οὐδὲ γὰρ ἂν δήπου πρόεποι, ὡ ἄνδρες, τῆδε τῆ ἡλικία,

C. καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τ. τρ.] Sic Vind. 1. 2. 3. 6. Florr. b. e. i. Coisl. Par. B. alii. Vulgo καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τρ. v. ann. οἱ πολλοὶ ἀκηκόασιν] οἱ deest in Bodl. Vat. Ven. b. Flor. d. g. h. Vind 1. 4. 6. Par. DS. At conf. p. 19. D. ubi Socrates

β. 122: ἐγὼ τῶ πᾶσιν ἀληθεῖην κατέλεξα. Iliad. ω'. 407: πᾶσιν ἀληθεῖην κατέλεξον.

κεκαλλιεπημένους γε λόγους —] Καλλιεπεῖν, de quo verbo vid. Valckenar. Diatrib. p. 291 ss., est uti oratione venusta et eleganti, elegantiter dicere. Itaque λόγοι κεκαλλιεπημένοι ῥήμασι τε καὶ ὀνόμασι sunt orationes et sententiis venustis et verbis elegantibus compositae. Nam ῥήματα et ὀνόματα ita differunt, ut haec intelligantur singula nomina, illa autem sint nomina una cum praedicato; v. nostra ad Cratyl. p. 399. A. p. 431. B. et ad Sophist. p. 262. A. — Praeterea commemorat Socrates λόγους κεκοσμημένους, h. e. orationes ornatas, videlicet tropis, figuris, numero: in his enim rebus maxime cernitur κόσμος s. ornatus orationis. — εἰκῆ λεγόμενα, h. e. orationem subito ac sine praevia meditatione quasi profusam. — τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι, h. e. nullo verborum delectu instituto. Nam τὰ ἐπιτυχόντα ὀνόματα non sunt verba vulgaria atque trita, sed verba, quae sponte quasi se offerunt: die ersten besten Ausdrücke. Pro ὥσπερ οἱ τούτων ne quis ὥσπερ τούτων requirat, v. de hoc genere loquendi ann. ad Phaedon.

p. 111. A. Praeterea animadvertas verbum ἀκούσεσθε in secundo enuntiati membro post ἀλλὰ positum. Eadem verbi collocatio est Legg. XII. p. 951. E: ἕκαστος δὲ τούτων μὴ μόνος, ἀλλ' ἔτω μετὰ νέου, κτλ.

C. δίκαια εἶναι ἃ λέγω] ideoque me hoc recte facere posse, videlicet uti oratione incompta neque meditata. — τῆδε τῆ ἡλικία, h. e. hac aetate qua ego sum: quod connectas cum eis ὑμᾶς εἰσιέναι. Nam ad πλάττοντι sponte ἐμοὶ intelligitur. Male vulgo putant nomen abstractum, quod vocant, loco concreti positum: unde etiam addi potuerit ὥσπερ μειρακίῳ, cui deinde genere suo accommodetur πλάττοντι. Erat autem Socrates, quum publice accusaretur, septuagenarius, v. infra D. — πλάττειν λόγους est comere, ornare orationem; v. Ernesti Lex. Techn. Graec. Rhetor. p. 267 sq., ubi vocc. πλάσις et πλάσμα illustrantur. Demosth. de Coron. p. 268 ed. R. τὶ λόγους πλάττει; — Pro eis ὑμᾶς εἰσιέναι dici poterat eis τὸ δικαστήριον εἰσιέναι. Prorsus eodem modo Demosth. adv. Midiam init. ἀλλ' οὗτος μὲν ῥαδίως φέρει, πολλάκις εἰς ὑμᾶς εἰθισμένος εἰσιέναι, et similiter infra Cap. XIX: οὐ τοιμῶ ἀναβαίνων εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, h. e. prodiens in concionem.

ὥσπερ μειρακίῳ, πλάττοντι λόγους εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι. καὶ μέντοι καὶ πάνν, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι· ἐάν δια τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ μου ἀπολογουμένου, δι' ὧν περ εἰώθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπέζων, ἵνα ὑμῶν οἱ πολλοὶ ἀκηκόασιν, καὶ ἄλλοθι, μῆτε θανατάξιν μῆτε θορυβεῖν τούτου ἕνεκα. ἔχει γὰρ οὐ-

item: μάρτυρας δ' — ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέγομαι. Quamquam ibidem continuo subiungit πολλοὶ δ' ὑμῶν οἱ τοιοῦτοι: unde haec in codd. illis correcta videntur.

Quod monemus, quo melius intelligatur, qua ratione et causa nitatur hic usus praepositionis εἰς. Nam perperam nonnulli eam opinati sunt pro praep. πρὸς positam esse.

καὶ παρίεμαι] In cod. Vindob. quodam adscriptum est glossema: ἢ οὐ παραιτούμαι. In cod. Bodl. superscriptum legitur παραιτούμαι. Phavorinus: παρίεσθαι τοῦτο δοκεῖ τοῦ παρειεῖσθαι δύναμιν ἔχειν. τοῦτο ἱμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. Timaeus Gloss. Platon. p. 207: παρίεμαι· παραιτούμαι: ad quem locum Ruhnkenius: „Huius rarissimae notionis ratio, inquit, nondum, quod sciam, explicata, pendet ab indole mediorum. Ut ἔμμι et ἐφῆμι est mitto, ἔμαι et ἐφέμαι mitti mihi volo, id est cupio, peto; sic παρίεμι admitto, παρίεμαι ad me admitti volo, id est, precor, deprecor.“ Aliter Astius ad Polit. I. 15. p. 341. C.; aliter etiam Fischerus ad h. l.

καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπέζων] Verba καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπέζων respondent proximis illis καὶ ἄλλοθι. Nec recte scribebatur καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τῶν τραπέζων, quia αἱ τραπέζαι in foro fuerunt. Itaque verba ἐπὶ τῶν τραπέζων subiecta sunt explicationis causa, usu satis frequenti. Plane eodem modo in Hippia min. p. 368. B: ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τρα-

πέζαις· ubi quod ἐπὶ cum dativo coniunctum legitur, quum hoc loco genitivus ponatur, notandum est ἐπὶ, ad prope significans, cum utroque casu constructui solere. cf. Rost. Gr. §. 110. adnot. 2. p. 560. ed. 7. Intelliguntur autem mensae numulariorum, quae etiam alibi, velut apud Demosthen. T. II. p. 470. p. 472. p. 946. Isocrat. p. 449. p. 450. p. 704 ed. Reisk. simpliciter αἱ τραπέζαι vocantur; atque inde dicti sunt τραπέζιται s. mensarii. Quoniam autem ad illas mensas versabantur fere homines nobiles, divites et opulenti, facile est ad intelligendum, cur Socrates dicat se a iudicibus ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπέζων auditum esse. Nam iudices non erant homines infimae sortis.

καὶ ἄλλοθι] h. e. in officinis et palaestris. Apte Fischerus comparat Aristid. Orat. Platon. II. p. 223. T. II ed. Ieb.: ὅτι πλείονα Ἀθηναίων ἐπὶ τῶν τραπέζων καὶ τῶν ἐργαστηρίων διέλεγετο. Dion. Chrysost. Orat. LIV. p. 557. C ed. Morell.: περὶ τὴν ἀγορὰν τὰ πολλὰ διατρέβων καὶ εἰς τὰς παλαιστράς εἰσιὼν καὶ πρὸς ταῖς τραπέζαις καθέζομενος. Adde Xenoph. Mem. I, 1, 10.

D. μῆτε θορυβεῖν] θορυβεῖν dicitur de tumultu omnis generis, ut quum iudices capita conserunt, et fremunt, et loquuntur ita, ut audiri possit. Est

τωσί. νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη
γεγονὸς πλείω ἑβδομήκοντα· ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς
ἐνθάδε λέξεως. ὡςπερ οὖν ἄν, εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐτύγχανον
ἄν, ξυνεγνωσάμετε δήπου ἄν μοι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τε καὶ
18 τῷ τρόπῳ ἔλεγον, ἐν οἷσπερ ἐθεράμμην, καὶ δὴ καὶ νῦν
τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὡς γ' ἐμοὶ δοκῶ, τὸν μὲν
τρόπον τῆς λέξεως ἔαν — ἴσως μὲν γὰρ τι χεῖρων, ἴσως

D. ἔτη γεγονὸς πλείω ἑβδομήκοντα] Bodl. Vind. 1. 4. Flor. d. g. h. Par. DST. om. πλείω. In Ven. b. πλείω ἢ superscriptum est. Non tamen dubito, quin recte servatum sit ab aliis. Videlicet ad vim oratoriam πλείω utique requiritur, quod videntur delevisse critici religiosiores, qui Criton. p. 52. E. meminissent simpliciter septuaginta annorum mentionem fieri. Accedit quod Socrates utique annum aetatis septuagesimum duorum ferme annorum spatio supergressus est, sicuti ostendit Boeckh. Corp. Inscriptt. II. p. 341. coll. Hermann. De theoria Del. p. 7.

P. 18. ὡς γ' ἐμοὶ δοκῶ] Sic Vind. 1. 6. Ven. b. Par. DS. Vett. editt. γέ μοι.

autem formula oratorum solemnis, μὴ θορυβεῖτε, quum quid dicturi sunt, quod audientibus displiceat, v. infra p. 20. E. p. 21. A. coll. Jacobs. ad Eurip. Med. v. 550. ed. Pflugk.

ἔτη γεγονὸς πλείω ἑβδομήκοντα] Non opus est, ut ἢ post πλείω addatur, de cuius omissione v. Matth. Gr. §. 455. 4. Rost. Gr. v. 97. 9. a. aa. Seranus vertit: annos plus sexaginta natus, ut videatur πλείω ἑξήκοντα legisse. Nisi forte hunc numerum de sola coniectura posuit, quum satis constet fuisse qui Socratem nararent obisse sexagenarium, teste Laertio II, 45. Sed recte Fischerus ἑβδομήκοντα ita tuetur, ut conferri iubeat Criton. c. 14. p. 52. E. Maximum Tyr. 39. p. 412. et Laert. II. 44. ibique Menagium. Ἀναβαίνειν hoc sensu positum exinde explicandum est, quod in locis iudicio destinatis bina erant suggesta s. βήματα, in quibus actor et reus caussam suam perorantes versabantur. v. Schö-

mann. De ordine iudicior. Atticor. p. 148 sq. Sic infra p. 33. D. 36. A. 40. B. 34. C. D.

ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω] De hoc usu v. ἀτεχνῶς diximus ad Ion. p. 534. E. Genitivum rationem illustrant Matth. §. 337. et Rost. p. 552. aa. ed. 7. — ἢ ἐνθάδε λέξις, genus dicendi iudiciale.

ὡςπερ οὖν ἄν, εἰ —] In talibus ἄν referri oportet ad apodosin, ubi non sine causa iteratur. De qua iteratione cf. Rost. §. 120. not. 4. Quocirca locus ita accipiendus est, ac si scriptum esset: ὡςπερ οὖν ἄν ξυνεγνωσάμετε δήπου μόνον, εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐ. ὄν. Invaluit autem haec ratio in ὡςπερ ἄν ἐκκλ. adeo, ut propemodum constans et legitima sit.

ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ — ἐθεράμμην] Intelligitur lingua sive dialecto patria et dicendi ratio a foro Attico aliena. Quatenus peregrinis atque sociis licuerit Athenis caussas suas agere, disputant M eier et Schö-

δὲ βελτίων ἂν εἴη — αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω, ἢ μὴ· δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἀρετὴ, ῥήτορος δὲ τάληθῆ λέγειν.

Cap. II. Πρῶτον μὲν οὖν δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι, ἢ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα καὶ τοὺς πρώτους κατηγοροὺς, ἔπειτα δὲ πρὸς τὰ ὕστερα καὶ τοὺς ὑστέρους. Ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ B

μὲν γὰρ τι χεῖρων] Plurimi libri probantibus nuperis editoribus cum Bodl. ti om., quod recte Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. servant.

δικαστοῦ μ. γ. αὕτη ἀρετὴ] αὕτη ἢ ἀρετὴ Vat. Ven. b. et Par. DST. Sed articulum verisimile est natum esse ex ignorantia usus loquendi, de quo infra exposuimus.

Cap. II. καὶ τοὺς πρ. κατηγο.] Ita codd. fere omnes loco vulg. καὶ πρὸς τοὺς πρ. κ. Statim post πρὸς τὰ ὕστερα e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. restitutum pro vulg. πρὸς τὰ ὕστερον.

mann. Process. Attic. p. 561 sqq. 777 sqq. Boeckh. Oecon. Att. Vol. I. p. 433 sq. Hermann. Antiquitat. Gr. §. 11 B. — Deinde liberior est orationis conformatio, quandoquidem pro καὶ δὴ καὶ, et vero etiam, proprie dicendum fuit οὕτω καὶ νῦν, ut recte iudicavit Fischerus. Infinitivi ἔαν et σκοπεῖν per epexegetin pronomini τοῦτο additi sunt, de quo loquendi genere v. Heindorf. ad Phaedon. p. 79. Matth. ad Eurip. Phoeniss. v. 520. Krueger. post Dionys. Hal. p. 292. Bornemann. ad Xenoph. Anabas. I, 1, 7. Quippe τοῦτο δίκαιον i. q. τοῦτο ὡς δίκαιόν τι. Similiter cap. V. ταυτὶ μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων. Protagor. p. 318. B: τοῦτο μὲν οὐδὲν θαναμαστόν λέγεις. v. Matthiae Gr. §. 470.

P. 18. αὕτη ἀρετὴ] Articulo addito verba ita connectenda sunt: αὕτη ἢ ἀρετὴ (sc. ut videat, utrum vera dicantur necne) δικαστοῦ ἐστιν. Sed omitti etiam potuit articulus, hoc

sensu: denn dieses ist die Tugend eines Richters. Nam pronomen ubi pro subiecto habendum est, substantivum autem praedicati locum obtinet, articulus omittitur. Genus loquendi nuper docte illustravit Engelhardtus ad Lachet. §. 1., multo ante illustraverat Reising. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. cfr. p. 24. B. Phaed. p. 97. A. Sympos. p. 179. C. Prot. p. 344. E. Phileb. p. 16. C. 65. D. Legg. III. p. 702. C. IV. 706. C. X. 810. C. 908. D. 888. B. 897. D. al. Falsus est, qui nuper contendit, ἀρετὴ non pro praedicato sed pro subiecto habendum esse. Error vel exinde intelligitur, quod praedicati notio debet patere latius.

Cap. II. δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι] De constructione v. Matth. §. 296. Rost. §. 126. not. 2. Deinde verba ita coherent: πρὸς τὰ πρῶτα κατηγορημένα μου ψευδῆ, i. e. ὡς ψευδῆ. Idem vero intelligitur ad πρὸς τὰ ὕστερα, ut miremur

κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς καὶ πάσαι πολλὰ ἤδη ἔτη καὶ οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες· οὐς ἐγὼ μᾶλλον φοβοῦμαι ἢ τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον, καίπερ ὄντας καὶ τούτους δεινούς. ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι, ὧ ἄνδρες, οἱ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παίδων παραλαμβάνοντες ἐπειθόν τε καὶ κατηγοροῦν ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθὲς, ὡς ἔστι τις Σωκράτης, σοφὸς ἀνὴρ, τὰ τε μετέωρα φροντιστής, καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἀνεζητη-

B. ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθὲς] Bodl. Ven. b. Vind. 6. Par. ST. ἐμοῦ μᾶλλον οὐδὲν ἀλ., quod errore ortum. Nam alia res est infra p. 18. E. ad quem locum Turicenses provocant. Hermannus verba μᾶλλον οὐδὲν ἀληθὲς ut suspecta uncis inclusit.

Σωκράτης, σοφὸς ἀνὴρ] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. Par. DS. Vulgo ἀνὴρ σοφός.

τὰ ὑπὸ γῆς] Sic cum edit. Bas. 2. Bodl. codd. omnes praeter Ven. E. Vind. 2. 5. Flor. c. d. et paucos alios. Vulgo ὑπὸ γῆν. conf. p. 19. B. p. 23. D. Pro ἅπαντα, quod habent Bodl. Ven. b. Flor. d. g. h. Vind. 6. Par. DS., vulgo erat πάντα.

acumen Hirschigii voc. ψευδῆ delentis, quia alioquin τὰ ἴστερα intelligenda sint, non ψευδῆ.

B. καὶ πάσαι πολλὰ ἤδη ἔτη] Verba πολλὰ ἔτη addita sunt ἐκ παραλλήλου. Quum enim πάσαι non semper de tempore diu praeterito dicatur, sed saepe etiam de spatio temporis brevi, de annis, mensibus, diebus; necesse erat huius vocabuli notionem accuratius definiri. Recte Phavorinus: πάσαι οὐκ ἀεὶ μακρὸν χρόνον σημαίνει, ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ πρόσκαιρον Ἀττικῶς. vid. Abresch. Dilucid. Thucyd. III. 89. Aristoph. Avv. v. 1620., οὐκ οἶσθ' ἔσπασιώμενος πάσαι, i. e. modo, ubi male correxerunt πάσαι. Eodem modo Latinorum dudum et iam dudum frequentari docuerunt Drakenborch. ad Silium Ital. XI. 373. et Broukhusius ad Tibull. III. 6. extr. Hoc autem dicit: Multi enim apud vos mei accusatores existiterunt, qui quum iam dudum multosque per annos me criminatisint, tum

nihil veri afferunt. Sic p. 23. E. καὶ πάσαι καὶ σφοδρῶς διαβάλλοντες.

ἢ τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον] h. e. Anytum eiusque socios, Melletum et Lyconem. De loquendi genere v. Matth. §. 272. et Rost. §. 98. 5. b. γ. et annot. 13. Quod autem Anytum potissimum nominatur, eius rei causa haec esse videtur, quod is, quum plurimum apud populum valeret, tum acerrimus fuit Socratis inimicus, atque in iudicio imprimis verba fecit, ita ut defensus Platonica maxime in illo confutando versari videatur. v. infra p. 29. B. 31. A. 36. A. coll. annot. ad p. 23. E. Diog. Laert. II. 18. Xenoph. quae fertur, Apolog. Socrat. §. 29. Liban. Apolog. Socrat. I. p. 642. coll. Men. p. 90 sqq. et 99. E.

ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι.] Conf. Cap. III. ibique ann.

παραλαμβάνοντες] tanquam in disciplinam recipientes. τὰ τε μετέωρα φροντιστής κτλ.] φροντιστής quum idem sit quod φροντίζων, accu-

κῶς, καὶ τὸν ἥτιω λόγον κρείττω ποιῶν. οὗτοι, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταύτην τὴν φήμην κατασκευάσαντες, οἱ δεινοὶ εἰσί μου κατήγοροι· οἱ γὰρ ἀκούοντες ἠγοῦνται τοὺς ταῦτα ζητοῦντας οὐδὲ θεοὺς νομίζειν. ἔπειτά εἰσιν οὗτοι οἱ κατήγοροι πολλοὶ καὶ πολὺν χρόνον ἤδη κατηγορηζότες, ἔτι δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ λέγοντες πρὸς ὑμᾶς, ἐν ἣ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε, παῖδες ὄντες, ἐνίοι δ' ὑμῶν καὶ μει-

C. καὶ πολὺν χρόνον ἤδη] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Vett. edit. cum Bekker. καὶ πολὺν ἤδη χρόνον, quae etsi vulgaris est verborum collocatio, ut p. 18. B. p. 31. B., tamen quod codd. suppeditarunt nolui aspernari, praesertim quum nou careat idonea ratione. Nimirum πολὺν χρόνον unam efficit notionem. Et suppetunt sane etiam alia istius verborum collocatiois exempla, ut Hirschigius fallatur mirifice codicum optimorum scripturam loquendi consuetudini adversari existimans. conf. De Rep. II. 365. D. τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη δ. παῖδες ὄντες, ἐνίοι δ' ὑμῶν] Sic Bodl. Ven. b. Flor. h. Parr. DS. Vulgo δ' aberat.

sativum adsciscit; vid. Matthiae Gr. §. 422. Bernhardy Syntax. p. 114. Rost. Gr. §. 137. 3. a. Sequentia iunge: καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἀναζητῶν ἅπαντα. De ipsa criminatione v. Aristoph. Nubb. v. 100. v. 189 sqq. v. 359. Xenoph. Sympos. VI. 7. coll. Ruhken. ad Mem. I. 2, 31. Putant autem quidam Socratem iuveni quidem aetate subtilibus illis philosophorum de natura disputationibus operam dedisse: quod colligunt ex Phaedon. p. 97 sqq. cf. Xenoph. Memorab. IV. 7. De quo v. Prolegg.

καὶ τὸν ἥτιω λόγον κρείττω ποιῶν] v. Arist. Nubb. v. 99 sqq. Cicero in Bruto c. 8: docere, quem admodum causa inferior dicendo fieri superior possit. Sophistis hoc proprium fuisse quum aliunde, tum ex Gellio constat, qui Noct. Att. V. 3. de Protagora: Pecuniam quippe, inquit, ingentem quum a discipulis exigeret annuam, pollicebatur se id

docere, quam verborum industria causa infirmior fieret firmior, quam rem Graece ita dicebat, τὸν ἥτιω λόγον κρείττω ποιῶν. conf. Aristot. Rhetor. II. c. 24 extr.

C. ταύτην τὴν φήμην κατασκευάσαντες] Heindorfius scribendum suspicabatur: οἱ ταύτην τ. φ. κ. Sed articulo non opus est, quum participium indicet causam et rationem, qua istud accusatorum genus Socrati imprimis periculosum exstiterit. Isti, inquit, quod eam famam sparserunt, graves et periculosi illi mei accusatores exstiterunt. De formula φήμην κατασκευάσαι v. Pierson. ad Moer. p. 219.

οὐδὲ θεοὺς νομίζειν] h. e. ne deos quidem esse credere, v. ad Euthyphron. p. 13.

ἐν ἣ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε] qua iis facillime credidissetis, siquidem vobis potuissent persuadere, quod tamen non potuerunt. Nam quod

ράκια, ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγοροῦντες, ἀπολογουμένου οὐδενός. ὃ δὲ πάντων ἀλογώτατον, ὅτι οὐδὲ τὰ ὀνόματα οἷον τε αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν, πλὴν εἴ τις κωμωδοποιὸς τυγχάνει ὢν. ὅσοι δὲ φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι ὑμᾶς ἀνέπειθον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ πεπεισμένοι ἄλλους πείθοντες, οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν· οὐδὲ γὰρ ἀναβιβάσασθαι οἷον τ' ἐστὶν αὐτῶν ἐνταυθοῖ οὐδ' ἐλέγξαι οὐδένα, ἀλλ' ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὡς περ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενόν τε καὶ ἐλέγχειν μηδενός ἀποκρινομένου. Ἄξιω-

D. εἴ τις κωμωδοποιὸς τ.] V. κωμωδοποιός, quod e Vat. Ven. Z. a. b. Flor. d. g. h. Vind. 1. 2. 5. 6. Zitt. Par. emendatum. v. Pierson. ad Moer. p. 240., qui censuit vulgarem formam e Platonis scriptis ubique expellendam esse. v. ad Phaedon. p. 70. B. Sympos. p. 223. D. al. Libri tamen Platonis iudicium critici dubium reddunt. Itaque facile accedamus Schneidero ad Remp. X. p. 606. C. Platoni utramque formam impertienti. Hoc loco utri generi codicum obtemperandum sit, dubitare licebit, quum Va-

sect. B. scriptum est: παρακαμβάνοντες ἐπειθον, id de conatu operae accipiendum.

ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγ.] ἐρήμη (δίκη) est vadimonium desertum, quum reus in iudicio non comparet. v. Hesych. et Phavorin. h. v. Dicebatur hoc ἐς τὴν κριτὴν οὐκ ἀφθῆναι vel μὴ ἀπαντῆσαι. v. Pollux. Onom. VII. 60. Itaque ἐρήμην κατηγορεῖν est accusare reum absentem, quum vadimonium deseruit. v. Petitus ad Legg. Attic. p. 317. Hudt-walker de Diaeteticis Athen. p. 99 sqq. Meier et Schoemann. l. c. p. 753 sqq. Cuius rei notio gravius etiam effertur ac simul declaratur additis verbis: ἀπολογουμένου οὐδενός, quae nuper acutulus criticus audacter deletum ivit. Voc. ἀτεχνῶς in comparationibus solemne; v. ad p. 30. E.

D. πλὴν εἴ τις κωμωδοποιός τ.] Nam Comici quum omnino philosophi essent infestis, tum etiam Socratem ludibrio habuerunt. Quod quidem praeter Aristophanem, de quo ad c. 3. dicitur, fecisse narratur Cratinus in Panoptis, Ami-

psias in Conno, quae fabula una cum Nubibus Aristophanis commissa est, Eupolis, a quo Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 97. auctor est Socratem hic et illic vehementissime fuisse correptum, alii. Schol. ad Nubb. l. c. etiam Diphilum nominat, quem tamen Meinekius Hist. Crit. Com. p. 449. censet non comicum fuisse poetam, sed potius iambicum et ipso Aristophane antiquiorem. Conf. Diog. Laërt. II. 16. Olympiodor. ad Phaedon. p. 70. B. et quae testimonia protulit Fritschius Quaestion. Aristoph. De Socrate veterum Comicoorum p. 196 sqq.

φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι] i. e. φθονοῦντες καὶ διαβύλλοντες. De verbo χροῖσθαι cum substantivis ita coniuncto, ut alius verbi periphrasin faciat, vide Hemsterhusium ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 69. — Deinde sequitur οἱ δὲ, quasi post ὅσοι δὲ illatum esset οἱ μὲν, de qua loquendi ratione v. ad Protag. p. 320. A 331. B.

ἀπορώτατοί εἰσι] h. e. tales, qui minime possint oppugnari et convinci.

σατε οὖν καὶ ὑμεῖς, ὡς περ ἐγὼ λέγω, διττοὺς μου τοὺς κατηγοροὺς γεγονέναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι κατηγορησάντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι, οὓς ἐγὼ λέγω, καὶ οἰήθητε E δεῖν πρὸς ἐκείνους πρῶτόν με ἀπολογήσασθαι· καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούσατε κατηγορούντων, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τῶνδε τῶν ὕστερον.

Εἴεν. ἀπολογητέον δὴ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπι- 19 χειροητέον ὑμῶν ἐξελεῖσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ. βουλοί-

ticanus Bodleiano fere auctoritate par sit.

διττοὺς μου τοὺς κατηγοροὺς] τοὺς om. Ald. Bas. I. Steph. invitis codd. fere omnibus. Paulo ante τε post ἀπολογούμενον deest in Vat. Flor. d. Par. C. erasa est in Par. B. Flor. a. Sed non opus est mutatione.

P. 19. ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε] V. ἔχετε, quod e Ven. b. Par. DS. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. emendatum. Dein vett. editt. ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρ. Sed οὕτως praebuerunt Bodl. Vat. Ven.

Sic Lysid. p. 223. B: ἄποροι προσφάρεσθαι dicuntur quibuscum colloqui et agere difficile est; conf. Thucyd. IV. 32. ibiq. Schol. Est igitur Germanicum: unzugänglich.

ἀναβιβάσασθαι — ἐνταυθοῖ] ἀναβιβάζειν est aliquem adscendere iubere, producere, et quidem nomine et iussu alieno aut in usum alienum. Itaque ἀναβιβάζεσθαι est id facere ipsum nomine suo suae ipsius causa. Unde inteligitur, cur Plato usus sit verbo medio. Dicitur autem ἀναβιβάζεσθαι eandem ob causam atque ἀναβαίνειν, de quo v. ad p. 17. E. In proximis inest ἀναχολονθία quaedam iudicio Stephani: nam concinnitatis leges iuebant dici, ut ait, aut ὡς περ σκιαμαχοῦντα ἀπολογεῖσθαι τε καὶ ἐλέγχειν, aut ὡς περ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενόν τε καὶ ἐλέγχοντα. Sed ubi rem diligentius consideraveris, nullam structurae mutationem factam esse animadvertes. Nam verba σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενον arctius cohaerent, ita ut iis τε recte subiiciatur: respondent autem iis haec ἐλέγ-

χειν μηδενός ἀποκρινομένου. Rem acu tetigit I. Fr. Fischerus. Prorsus eodem modo Reipubl. V. p. 470. C: πολεμῆν μαχομένους τε φήσομεν καὶ πολεμίους φύσει εἶναι et Legg. IX. p. 854. A: παρακαλοῦσα μὴδ' ἡμέραν τε καὶ ἐπεγεύρουσα νύκτωρ, ubi expectet aliquis potius καθ' ἡμέραν τε παρακαλοῦσα καὶ νύκτωρ ἐπεγεύρουσα. Sed his ac similibus neglectis Hirschig. audacter ἐλέγχοντα scripsit, depravato etiam loco Reipublicae a nobis allato.

ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς] h. e. existimate igitur et vos. Verbum ἀξιοῦν illustravit Buttmanus ad Demosth. or. Midian. p. 165.

P. 19. Εἴεν. ἀπολογητέον δὴ] Isto εἴεν utuntur Attici, quum volunt significare se nolle amplius de superioribus dicere, sed transire ad alia. Pluribus de hac re disputavi ad Euthyphron. p. 88 sq. ed. Lips. Interdum etiam simpliciter est transeuntis, ut mox p. 19. B.

ἐξελεῖσθαι τὴν διαβολήν] h. e. adimere et evelere animis vestris malam

μην μὲν οὖν ἂν τοῦτο οὕτω γενέσθαι, εἰ τι ἄμεινον
καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί, καὶ πλεον τὶ με ποιῆσαι ἀπολο-
γούμενον· οἶμαι δὲ αὐτὸ χαλεπὸν εἶναι, καὶ οὐ πάνν
με λανθάνει, οἷόν ἐστιν. ὅμως τοῦτο μὲν ἴτω ὅπη τῷ
θεῷ φίλον, τῷ δὲ νόμῳ πειστέον καὶ ἀπολογητέον.

Cap. III. *Ἀναλάβωμεν οὖν ἐξ ἀρχῆς, τίς ἢ κατη-
γορία ἐστίν, ἐξ ἧς ἢ ἐμὴ διαβολὴ γέγονεν, ἢ δὴ καὶ πι-*

b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Rarr. BCDS. Hirschig. οὕτω etiam
ante πολλῶ χρόνῳ inculcavit, praeter necessitatem.

τοῦτο μὲν ἴτω] Ald. Bas. I. ἴτω, quam formam repudian-
dam esse docuit Butt. Gr. Ampl. T. I. p. 550. ed. 1. Verum
praebuerunt Bas. 2. Stephan. et codd. quum optimi tum longe plu-
rimi, pro quo Hirschig. de suo dedit ἴτω. Ceterum vet. editi,
et rec. omnes. ὅμως δὲ τοῦτο μ. Sed δὲ om. Ven. b. Vat. Vind.
1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. nec puto a quoquam desideratum iri.

B. τίς ἢ κατηγορία ἐστίν] ἐστίν, vulgo omissum, cum
Bas. 2. tuentur Bodl. Vat. Ven. a. b. Vind. 1. 6. Florentini et re-
liqui omnes praeter Vind. 2. 3. 4. 5.

πιστεύων Μέλητος] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. Par. D.
Flor. b. e. i. Angel. et quem Bekker. g. signavit. Vulgo Μέ-
λιτος. Eustathius tamen ad Odys. v. 106. p. 42. T. II. ed. Lips.
Μέλτος defendit a nomine μέλι deducens. Sed ita paenultimam
brevem esse conveniebat, quae apud Aristophanem producta ha-
betur. Forma Μέλητος quum non modo optimis codd. apud Pla-
tonem, Xenophontem, Lucianum, Aristotelem, Libanium, alios, sed
etiam titulis et inscriptionibus (v. Bentlei. Resp. ad Boyl. p. 167.

de me opinionem, ut p. 24.
A. 28. A. 20. D. 21. B. Nimi-
rum διαβολή h. l. est mala
opinio, suspicio, quate-
nus falsis criminationi-
bus excitata est. Hesy-
chius: Διαβολή· ὑπόπνευσις ἢ
ὑπόληψις. Quoniam autem So-
crates eximenda hac iudicium de
se opinione sibi proderat et con-
sulebat, facile patet, cur Plato
scripserit ἐξελέσθαι, non ἐξελείν.
— In verbis ταύτην ἐν οὐ-
τως δλίγῳ χρόνῳ animadver-
tenda est gravitas orationis, quae
partim inest in pronomine ταύ-
την, partim in oppositione ver-
borum ἐν πολλῶ χρόνῳ et ἐν
οὕτως δλίγῳ χρόνῳ cf. p. 24. A.
Est autem δλίγος χρόνος clep-
sydra definitus. v. Schömann.
Antiqq. p. 282.

τοῦτο οὕτω γενέσθαι —]
Verbo οὕτω γενέσθαι accuratius

definiuntur sequentibus verbis:
καὶ πλεον τὶ με ποιῆσαι ἀπολο-
γούμενον, aliquid proficere,
h. e. efficere, ut vos ma-
lam de me opinionem ab-
iiciatis bonamque susci-
piatis. De formula ἄμεινόν ἐστιν
v. ad Criton. p. 54. B.

τοῦτο μὲν ἴτω] exitum,
s. eventum habeto. Loquendi
genus illustravit Hemsterhus.
ad Callim. Hymn. in Del. v.
128. p. 170. ed. Ern.

Cap. III. B. Μέλητός με
ἐγράψατο τὴν γραφὴν ταύ-
την] γραφή in foro Attico sem-
per dicitur de caussis publicis,
quum quis accusatur de crimi-
nibus ad totam rempublicam per-
tinentibus; sed δίκη de caussis
omnibus, et privatis et publicis:
verum ubi δίκη refertur ad γρα-
φήν, semper significat caussas
privatas. v. Schömann Anti-

στεύων Μέλητός με ἐγράψατο τὴν γραφὴν ταύτην Εἶεν. B
τίδῃ λέγοντες διέραιλλον οἱ διαβάλλοντες; ὥσπερ οὖν κα-
τηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν. Σωκρά-
της ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τὰ τε
ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὸν ἥττω λό-
γον κρείττω ποιῶν, καὶ ἄλλους ταῦτα ταῦ-
τα διδάσκων. Τοιαύτη τίς ἐστι· ταῦτα γὰρ ἐρωᾶτε C

Dobree ad Arist. Rann. v. 1336. p. 371. ed. Lips. Porson. ad Ar-
gum. Nubb. ibid. p. 249. Kidd. ad Dawes. Misc. p. 488) satis mu-
niatur, certe non est, cur in controversiam vocetur. Quod ne ita
quidem faciendum putamus, ut accusatorem Socratis Melitum,
alios autem cognomines (de quibus v. ad p. 23. E.) Meletos,
appellatos esse statuamus, sicuti placuit Forchhamero Die Athe-
ner u. Socrates p. 81 sq. et Welckero: Griech. Tragöed. p. 973.
Codd. enim optimi quique etiam apud eos scriptores, ubi de accu-
satore Socratis mentionem fieri manifestum est, hominem Meletum,
non Melitum, nominatum fuisse liquido testantur. His igitur plus
tribuendum quam meris novitorum criticorum opinionibus. For-
mam Μελιῶδαι apud Arist. Rann. v. 991. corruptam esse et in Με-
λητῶδαι mutandam docuit nuper Dindorf. in edit Oxon. Fallitur
ergo Brunck. ad Rann. v. 991. et 1337. ad cuius auctoritatem
alterius formae defensores provocare non debebant.

τὰ τε ὑπὸ γῆς] Ven. E. cum Steph. γῆν: ceteri genitivum
tuentur. v. p. 18. B. Dein Bodl. Flor. g. h. Vind. 6: Ven. b. Vat.
καὶ οὐράνια, ut ediderunt Turicenses. Sed praefendum καὶ τὰ
ἐπουράνια vel propter oppositionem verborum τὰ ὑπὸ γῆς.

ἄλλους ταῦτα ταῦτα διδάσκων] V. ἄλλους ταῦτα δι-

quitatt. Juris publici Graec. p.
270 sq. et nostra ad Euthyphron.
p. 5 sq., ubi est, γραφὴν σέ τις,
ὡς εἰοικε, γέγραπται. De con-
structione v. Matthiae Gr. §.
370.1. §. 492. e. Rost. Gr. §. 104.
4. c. Synt. p. 122. ἀναλάβωμεν
ἐξ ἀρχῆς, repetamus ab ini-
tio.

ὥσπερ οὖν κατηγόρων —
αὐτῶν] Sententia haec est: de-
bet accusatio eorum ut li-
bellus accusatorum pro-
prie dictorum recitari.
Timaeus Gloss. Platon. p. 38.
ἀντωμοσία· γραφή κατὰ τινας
ἐνορκος περὶ ὧν ἠδίκησθαι φησι:
ubi v. Ruhnkenius. Ἀντωμο-
σία proprie est iusiurandum, vel
actoris, quum iurat se iustus de
caussis et sine calumnia litem
alteri intendere; vel rei, quum
iurat se esse innocentem, ut

bene docuit Fischerus ad h.
l. Deinde ita vocata est for-
mula accusationis scripta s. libel-
lus, qui traditur iudici ab actore:
qua potestate ponitur etiam in-
fra c. XI. et apud Diog. Laërt.
II. 40: ἢ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης
τοῦτον εἶπε τὸν τρόπον· ἀνάκει-
ται γὰρ ἐτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβ-
ρίνος, ἐν τῷ μητροφῶ. conf. Ruhnk.
ad Tim. p. 38. Meier. et Schö-
mann. Process. Attic. p. 624 sq.

περιεργάζεται] περιεργά-
ζεσθαι proprie est curiose
aliquam rem tractare adeo-
que nimium studii in aliqua re
ponere. v. Theoph. Charact.
XIII. περὶ περιεργίας. cf. Peri-
zon. ad Aelian. V. H. II. 44;
deinde curare ea, quae ni-
hil ad te pertineant; cu-
rare res inanes, vanas,
inutiles, ut h. l.

καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φράσσοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην

δασκων, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. b. Par. DS. mutatum.

C. ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ] In Nubibus primis, quae fabula acta est circiter quattuor et viginti annis ante Socratis damnationem, Olymp. 89. I. Archonte Isarcho, Dionysiis. Videtur autem Socrates in illa fabula huc et illuc delatus esse, et interrogatus, quid ageret, respondisse se per aërem incedere. Quorsum fortasse pertinent etiam quae in superstite fabula leguntur v. 226 sqq., ubi, dum in κρημάθρα meditabundus haeret, a Strepsiadē rogatus, quid molitur, respondet, ἀεροβατῶ. Quamquam videtur poeta in altera Nubium editione nonnulla pro consilio suo mutavisse, de qua re v. praeter alios Fr. Volckm. Fritschium. Quaest. Aristophan. p. 131 sqq. et p. 115 sqq. atque Hermannum Praefat. ad secund. edit. Nubium p. XIII sqq. Iniuria vero ex hoc loco collegerunt viri docti Aristophanis fabulam imprimis effecisse, ut Socrates vulgo tanquam morosus et ineptus rerum inanium scrutator suspectus haberetur, adeoque tanquam sophista et calumniator capitis supplicio afficeretur. Nam et multum temporis iam effluxerat, ex quo acta erat Nubes, et fabula illa non steterat, et Aristophanes ipse non id egerat, ut Socrati innocenti tantum odium conflaret, quem induxerat potius longe aliam ob causam. Etenim universa Nubium fabula, si verum quaerimus, non aliorum profecto pertinet nisi eo, ut morum depravationem late diffusam imprimis ex novitia sophistarum et philosophorum in-

stitutione ac disciplina, ab adolescentibus studiosissime expe- dita, manuisse ostendatur. Quod quidem Comicus ita palam fecit, ut acerbissime perstrinxerit nugas et fraudes sophistarum et impostorum illius aetatis omnium, easque spectantium risui exposuerit. Partes vero istorum homuncionum uni maxime tribuit Socrati. Quod cur ita instituerit, etsi valde controversum est, tamen, re diligentius considerata saepiusque pensitata, hanc ob causam ab eo factum arbitramur. Oderat enim poeta omnes omnino veteris disciplinae adversarios atque novitiae artis rationisque patronos ac defensores; id quod quum aliunde tum ex una maxime Ranarum fabula intelligi potest. Quocirca fuit sane ipsi cum Socrate commune odium acerrimum praestigiarum istarum, quibus sophistae uti consueverant. Nec tamen ei cum Socrate omni ex parte conveniebat. Qui quod cum omnibus, qui ipsi obviam venirent, sermones miscebat, disserebat, confabulabatur, denique philosophiam in vitae quotidianae lucem proferebat, quanquam in eo contrarium fere atque sophistae spectabat, tamen id ipsum quoque poetae videbatur veteris disciplinae rationibus officere, praesertim quum ille etiam Euripide, physicae sapientiae in scena laudatore, uteretur familiariter. Quapropter una fidelia, ut aiunt, duos dealbavit parietes, hoc est, una eademque opera et sophistas corripuit et Socratem exagitavit, non quo hunc illis parrem haberet, sed quod eum alio

πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα, ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν περὶ ἐπαίω. καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν

ταῦτα γὰρ ἐρωᾶτε] V. τοιαῦτα, quod e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6 Flor. d. e. g. h. Par. DS. mutare non dubitavi-

nomine carpi posse intelligeret. Tribuit igitur uni Socrati, quae essent propria sophistarum, eumque deformavit talem, in quo omnes illorum nugas, fraudes et malae artes cernerentur. Quod profecto videri intelligentibus longe maxime ridiculum debuit, quandoquidem in eo artificio ideoinerat locorum plurimum, quia, quum ille propter perpetuam disserendi consuetudinem multis videretur sophistis simillimus, a quorum tamen ratione alienus erat, tum etiam faciem, vultum, habitum, mores denique eos prae se ferebat, qui largissimam ridendi cavillandique praeberent materiam, sicuti velle elegantissima illa Alcibiadis oratione apud Plat. Sympos. p. 215. A. sqq. intelligitur. Sed licet Aristophanes Socratem non in sophistarum numero haberit, atque eum Avv. v. 1280 et 1554. Rann. v. 1487. non tam ut sophistam quam ut sordidum aut nugatorium philosophum notaverit; tamen illud quidem non est dubium, eum sapienti, utpote et ipsi novitiae disciplinae quodammodo adiutori, non bene cupivisse eiusque nomen apud magnam multitudinem, quae eum iam de sophistica et perverso philosophiae studio suspectum haberet, in malam invidiam adduxisse. Quae ipsa causa est, cur Plato poetam comicum et in Apologia identidem (p. 21. B.) notaverit, et in Symposio propter iniuriam Socrati illatam leniter quidem et urbane, sed satis tamen acerbere reprehenderit et castigaverit. Vehementer enim erraverunt, qui Platonem censuerunt in Sym-

posio cum Aristophane quasi in gratiam rediisse. Quem potius eum induxit, qui non modo urbane subsannetur ac reprehendatur, sed etiam Socrate sapientia longe sit inferior, sicuti demonstrasse videmur in Prolegom. ad tertiam editionem Symposii p. XLIV—LI. Ceterum aliter de necessitudine, quae inter Socratem et Aristophanem intercesserit, indicavit Suevern über Aristophan. Wolken, Berlin. 1826. 4. aliter etiam Fr. A. Wolfius, G. Hermannus, Fritschius, alii, qui nuper hoc argumentum de industria tractaverunt. Verum horum quidem sententias referre longum est. Hoc unum igitur addidisse iuvabit, secundum Aelian. Varr. Hist. II. 12 et Diog. Laërt. II. 38. Aristophanem a Socratis inimicis inductum et subornatum Nubes scripsisse: quae narratio fabellae alicui non videtur dissimilis. Ac dissentit Schol. ad Nubb. v. 97., qui poetam narrat nullo in Socratem odio permotum fabulae scribendae consilium cepisse; quanquam quibus eam in rem utitur argumentis, ea valde infirma sunt.

οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν] Dictio proverbialis est, cuius usum illustrarunt Berglerus ad Alciphron. p. 355. ed. Wagner. Herm. ad Viger. p. 720 78. alii. cf. p. 21. B. et Phil. p. 21. D. 32. E. 33. B. ubi est: μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε μικρὸν χάρειν, ut nè hoc quidem loco οὐδὲν aegre feramus, quod Cobetus Varr. Lectt. p. 299. deleri iubet. Quod ἐπαίω cum περι et genitivo con-

τοιαύτην ἐπιστήμην, εἴ τις περὶ τῶν τοιούτων σοφός
ἐστι. μὴ πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου τοσαύτας δίκας φέγοιμι!
D ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τούτων, ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν μέτεστι.
μάρτυρας δ' αὐτοὺς ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέχομαι, καὶ
ἀξιῶ ὑμᾶς ἀλλήλους διδάσκειν τε καὶ φράζειν, ὅσοι ἐμοῦ
πώποτε ἀκηκόατε διαλεγόμενου· πολλοὶ δὲ ὑμῶν οἱ τοιοῦ-
τοὶ εἰσι. φράζετε οὖν ἀλλήλοις, εἰπώποτε ἡ σμικρὸν ἢ μέγα

mus. Dein Σωκράτη pro Σωκράτην Bodl. Vind. G. Par. DS. et for-
tasse Vat.

τοσαύτας δίκας φέγοιμι] V. φέγοιμι, quod mutatum e
Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. g. Pro
Μελήτου Bodl. hic quoque, ut semper, Μελήτου.

ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τούτων] V. γὰρ μοι τῶν τοιούτων, quod
e Bodl. Par. DS. mutavi. In Vat. Flor. d. Vind. 1. 4. 6. scri-
ptum: ἀλλὰ γὰρ τούτων ἐμοὶ.

μάρτυρας δ' αὐτοῦς] V. αὐτ. pro quo αὐτοῦς praebuerunt
Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Dein

struitur, de eo v. Heindorf. ad
Hippiam mai. p. 289. B.

καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων —]

Verba ironice accipienda sunt,
hoc sensu: Neque ego con-
temno et relicto illam
scientiam; atque utinam
Meletus me nullo modo
tantae iniuriæ possit re-
um agere! Non sine causa
aoristus ponitur, cuius in locum
Schleiermach. veterem lectio-
nem φέγοιμι restitui volebat.
Quippe aoristus hic quoque in-
dicat actionem per se spectatam,
exclusa omni perpetuitatis, ef-
fectus, eventus, similitumque ra-
tionum significatione. — For-
mula δίκην φέγειν est accu-
sari, reum agi, et opponitur
verbo διώκειν, quod significat
accusare. Quoniam autem φέ-
γειν idem est quod διώκεσθαι,
facile apparet, cur construat
ut passivum: de quo loquendi
genere v. ad p. 17. A. cap. I. —
Proxima: ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τ. —
μέτεστι sic interpretanda sunt:
ἀλλ' ἐκεῖνο οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ
γὰρ ἐμοὶ τούτων οὐδὲν μέτεστι.
cf. Herm. ad Viger. p. 811. De

re audi Xen. Mem. I. 2. 11:
οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων
φύσεως, ἡπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεί-
στοι, διελέγετο, σκοπῶν, ὅπως ὁ
καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν
κόσμος ἔχει καὶ τίσι γίνεται
ἀνάγκαις, ἀλλὰ καὶ τοὺς φρον-
τίζοντας τοιαῦτα μοραίνοντας ἀπε-
δείκνυεν.

D. καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς —] h.
e. et volo s. postulo, ut vos
ipsi alius alium edoceatis;
de qua significatione verbi ἀξιῶν
v. Buttm. ad Demosth. orat.
Midian. p. 165.

καὶ ἐκ τούτων γνώσε-
σθε] Videlicet ἐκ τοῦ ἀλλήλοις
φράζειν κτλ. Proxime eodem modo
Phaedon. p. 62. D. ἀλλ' ὁ ἀνό-
ητος ἄνθρωπος τὰ γ' ἂν οἴηθε
ταῦτα, φρενικέον εἶναι ἀπὸ τοῦ
δεσπότην. Ibid. p. 70. D. καὶ
τοῦτο ἰκανὸν τεκμήριον τοῦ ταῦτ'
εἶναι, sc. τοῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν
ἐκεῖ εἶναι. Xenoph. Memorab.
III. 6. 6. οὐκοῦν τὸ μὲν πλου-
σιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀνα-
βαλούμεθα· πῶς γὰρ οἶδόν τε μὴ
εἰδόντα γε τὰ ἀναλώματα καὶ τὰς
προσόδους ἐπιμελεθῆναι τοῦ-
των; sc. τοῦ πλουσιωτέραν τὴν

ἤκουσέ τις ὑμῶν ἐμοῦ περὶ τῶν τοιούτων διαλεγόμενου·
καὶ ἐκ τούτων γνώσεσθε, ὅτι τοιαῦτ' ἐστὶ καὶ τάλλα
περὶ ἐμοῦ ἃ οἱ πολλοὶ λέγουσιν.

Cap. IV. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων οὐδὲν ἐστίν, οὐδὲ
γ' εἴ τις ἀκηκόατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώ-
πους καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ E
καὶ τοῦτό γέ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, εἴ τις οἶός τ' εἴη
παιδεύειν ἀνθρώπους, ὡς περὶ Γοργίας τε ὁ Ἀσοντίνος, καὶ

Herm. τοὺς ante πολλοὺς circumscriptis, quia p. 17. C. simplici-
ter scriptum legatur ὑμῶν πολλοί.

D. καὶ ἐκ τούτων γνώσεσθε] Sic Vat. Ven. b. Vind.
1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. V. τούτων, quod servant Bek-
ker. et Turicensis. v. ann.

Cap. IV. οὐδὲ γ' εἴ τις] Bekk. correxit οὔτε γε, praeter
librorum fidem et nulla urgente necessitate.

E. τοῦτό γέ μοι δοκεῖ] Bekker. cum Par. S. Vat. a. b.
Zitt. γ' ἐμοὶ δ. Non opus, quam pronomem non habeat τῶντων.
v. ad Protagor. p. 342. A. Criton. p. 45. D.

πόλιν ποιεῖν. Plura collegi ad
Gorg. p. 447. A. Reip. I. p. 335. E.
Cf. Reisig. ad Sophocl. Oed.
Col. p. 326. Itaque τούτων, quod
vulgo legebatur, non dubitavi
cum aliquot libris optimaē no-
tae in τούτων mutare. — Mox no-
tabis verborum traiectionem, quae
proprie ita erant collocanda: καὶ
τάλλα ἃ οἱ πολλοὶ περὶ ἐμοῦ
λέγουσιν.

Cap. IV. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε
τούτων οὐδὲν ἐστίν, οὐδὲ
γ' —] Progreditur ad aliam crimi-
nationem ab adversariis in se con-
iectam, quod et discipulos in-
stitueret et mercedem ab iisdem
exigeret. v. Aristoph. Nub. v.
98. Quam quoniam ita commemo-
rat, ut cum gravitate quadam
eam subiciat illi, de qua hacten-
us dixerat, post οὔτε recte in-
fertur οὐδὲ γε, quod nuper Hir-
schig. temere Graecum esse
negavit. Sed v. infra p. 30. B.
33. D. 40. D. De Rep. II. p.
367. C. X. p. 608. B. Criton.
p. 52. E. Legg. I. p. 628. A. Politic.
p. 271. E. Parmenid. p. 157. B. Tim.
p. 20. B. Plura etiam suppedita-
bunt Brunck. ad Eurip. Orest.
v. 295. Heindorf. ad Cratyl.

p. 97. Herm. ad Viger. p. 836.
Itaque neque cum Fischero
ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τούτων scriben-
dum videtur, neque cum Bek-
kero οὐ τέ γ' εἴ τις κτλ.

καὶ χρήματα πράττομαι]
idem est quod μισθὸν τῆς συν-
ουσίας πράττεσθαι ap. Xen.
Mem. I. 2. 60, quo loco testa-
tur Xenophon Socratem nun-
quam a familiaribus exegisse
mercedis quidquam. conf. Plat.
Hipp. p. 300. D. Enthym. p.
3. D. Xenoph. Mem. I. 6. 3.
11 sqq. Conviv. I. 5. Legi de
hac re etiam merentur, quae
disputat Spanhemius ad Ari-
stophan. Nubb. v. 98.

E. ἐπεὶ καὶ τοῦτό γέ μοι
—] Haec quoque ita dicta
esse liquet, ut sophistarum ava-
ritia notetur ac rideatur. Ceterum
profecit hinc auctor Theagis
p. 128. A.

εἴ τις οἶός τ' εἴη] De con-
structione v. Matth. § 524. Obs 3.
Γοργίας τε ὁ Ἀσοντίνος —]
De his sophistis v. ad Platon.
dial. Gorgiam imit. ad Hippiam
mai. Prolegg. et ad Protagor.
p. 314. B. al. Hi vero omnes
sapientiam suam venalem cir-

Πρόδικος ὁ Κείος, καὶ Ἰππίας ὁ Ἡλείος. τούτων γὰρ
 ἕκαστος, ὡς ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πό-
 λεων τοὺς νέους, οἷς ἔξεστι τῶν ἑαυτῶν πολιτῶν προΐκα
 ξυνεῖναι ᾧ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι τὰς ἐκείνων
 20 ξυνουσίας ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόν-
 τας καὶ χάριν προσειδέναι. ἐπεὶ καὶ ἄλλος ἀνήρ ἐστι Πά-
 ριος ἐνθάδε σοφός, ὃν ἐγὼ ἠσθόμην ἐπιδημοῦντα· ἔτυχον
 γὰρ προσελθὼν ἀνδρὶ, ὃς τετέλεκε χρήματα σοφισταῖς

Πρόδικος ὁ Κείος] Bodl. Ven. a. Z. Vind. 2. 5. 6. Flor.
 g. Coisl. Kios, ut Reip. X. p. 600. C. Protagor. p. 314. C. Ari-
 stoph. Ran. 997. οὐ Κίος ἀλλὰ Κίος. Veruntamen Inscriptiones
 apud Broensted. Itiner. N. 7. et 10. liquido KEIOI habent, atque
 Theocrit. Id. XVI, 44. Simonidem appellat αἰδὼν τὸν Κήιον: unde
 forma Κίος non debuit probari Astio Comment. ad Protag. p. 44.
 Accedit, quod grammatici veteres atque scribae per *ι* μακρὸν in-
 tellexerunt *ει*, docente Bastio ad Gregor. Corinth. p. 892.; diph-
 thongus autem τῷ *ι* simile quiddam sonat.

cumtulerunt, quum Socrates fam-
 miliaribus suis nulla mercede
 sui copiam impertiret, quippe
 doctrinam existimans omne pre-
 tium, quod pecunia posset re-
 pendī, longissime superare (Xe-
 noph. Mem. I. 6). Primus a
 discipulis suis mercedem institu-
 tionis exegisse narratur Prota-
 goras Abderites, qui etiam pri-
 mus sophistam se appellari vo-
 luit; is enim dicitur non minus
 didactrum ab auditoribus postu-
 lavisse quam centum minas, quae
 ad nostrae pecuniae rationes re-
 vocatae efficiunt fere 2500 loa-
 chimicos: v. Diogen. Laert. IX.
 52. ibique Menag. Quintil. III.
 I. Gell. v. 10. Huius vero exem-
 plum continuo, ut fit, sequuti
 sunt alii, in his maxime Gorgias
 Leontinus, dicendi arte et facul-
 tate clarissimus, qui ipse quoque
 a singulis discipulis centenas
 minas exigebat; de quo v. Dio-
 dor. Sic. XII. 53. Suidas h. v.
 Ac simile quid fecit sine dubio
 etiam Prodicus Ceus, quem etsi
 Plato ceteris sophistis pluris aesti-
 mavit (Gorg. p. 459. B.), tamen item propter
 avaritiam carpit Protag. p. 315.

C. sicuti fecit etiam Xenoph. Sym-
 pos. IV. 62. Hippias autem Eleus,
 vanus doctrinae suae ostentator
 (Plat. Protag. p. 315. C. Hipp. mai.
 p. 285. B. Hipp. min. p. 367. E.)
 quis dubitabit, quaeso, quin item
 marsupio suo bene prospexerit?
 Enimvero fuerunt sophistae omnes
 mercis suae avari caupones, qui
 maxime divitum hominum gratiam
 et favorem venati sunt imprimis
 adolescentium; quo nomine eos
 praeter Platonem etiam Xenophon,
 Isocrates, Aristoteles, alii, per-
 strinxerunt. v. Plat. Protagor. p.
 313. D. Hipp. mai. p. 282. D. al.
 Xenoph. I. 613. Symp. I. 5. Isocr.
 Or. adv. Soph. et in Hel. Encom. §. 1.
 Aristotel. Sophist. Elench. I. Quibus
 addas Cicer. Acad. II. 23. At quis
 est hic? num sophistes? — sic enim
 appellabantur ii, qui ostentationis
 aut quaestus causa philosophabantur.
 De institutionis mercede a sophistis
 exacta v. Boeckh. Oecon. Athen. Vol. I.
 p. 171. ed. 1. = 134. ed. 2.

τούτους πείθουσι] In his

πλείω ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι, Καλλιὰ τῷ Ἰππονίχου. τοῦτον
 οὖν ἀνηρόμην—ἐστὸν γὰρ αὐτῷ δύο νίεε— ὦ Καλλιὰ, ἦν
 δ' ἐγώ, εἰ μὲν σου τῶ νίεε πῶλω ἢ μόσχῳ ἐγενέσθην, εἶχομεν
 ἂν αὐτοῖν ἐπιστάτην λαβεῖν καὶ μισθώσασθαι, ὃς
 ἐμελλεν αὐτῶ καλῶ τε καὶ ἀγαθῶ ποιήσειν τὴν προσήκουσαν B
 ἀρετὴν· ἦν δ' ἂν οὗτος ἢ τῶν ἵππικῶν τις ἢ τῶν γεωρ-
 γικῶν· νῦν δ' ἐπειδὴ ἀνθρώπῳ ἐστὸν, τίνα αὐτοῖν ἐν νῶ

καὶ Ἰππίας ὁ Ἡλείος] Coisl. καὶ Ἰππίας δὲ ὁ Ἡλ., quod
 recepit Bekk.

R. 20. ὃς τετέλεκε χρ.] V. τετελείκει: inepte. Perfectum
 exhibuerunt Bodl. Vat. Ven. b. Vind. I. 4. 6. Flor. d. g. h. Par.
 DS. Dein δύο Vind. b. Par. D. quod non debebant recipere Tu-
 ricenses. Nimirum δύο constat formam esse Atticam, qua etiam
 Plato, si qua fides librorum est, constanter satis usus esse reperit-
 tur. V. quos laudat Matthiae Gr. §. 138.

verbis est insignis quaedam ἀνα-
 κολουθία. Quum enim praecedat
 οἷός τ' ἐστίν, debebat nunc se-
 qui infinitivus. Sed ponitur πεί-
 θουσι ac si οἷός τ' ἐστίν non
 praecesserit. Locum dudum ex-
 plicuit Buttm. gr. G. §. 138. II.
 2. coll. Rost. §. 137. 5. a. qui ta-
 men Hermanno non videntur
 satisfacisse, quippe qui potius
 οἷός τ' ἐστὶν violento ausu sustu-
 lerit, quam ut tale anacoluthon
 agnoverit. Quanquam Hirschig.
 multo etiam audacius οἷός τ'
 ἐστίν eiecto scripsit: οὗτοι
 ἕκαστος et χάριν προσειδέναι.
 Quod satis est verbo memo-
 rasse. Ceterum ξυνεῖναι et ξυ-
 νουσία refertur ad disciplinam
 et institutionem, ut saepe: unde
 discipuli et auditores saepe vo-
 cantur οἱ ξυνοῦτες

P. 20. ἀνὴρ ἐστὶ Πάριος] Intelligitur Evenus, oriundus
 Paro insula. Harpocrat. s. h.
 v. Δύο ἀναγράφουσαν Εὐήρους
 ἐλεγείων ποιητὰς, ὁμωνύμους
 ἀλλήλους, καθάπερ Ἐρατοσθένους
 ἐν τῷ περὶ χρονολογιῶν, ἀμ-
 φοτέρους λέγων Παρίους εἶναι.
 γνωρίζεσθαι δὲ φησι τὸν νεώτε-

ρον μόνον. μὲνηται δὲ θάτερον
 αὐτῶν καὶ Πλάτων. v. Phaedon.
 p. 60. D. Phaedr. p. 267. A. —
 Deinde verba ὃν ἐγὼ ἠσθό-
 μην ἐπιδημοῦντα sic intel-
 ligas: quem ego praesentem
 hic adesse sentiebam. Significat
 se non ipsum vidisse Evenum,
 sed a Callia accepisse eum
 Athenis versari. Ceterum
 ἐπεὶ καὶ ne in ἔπειτα καὶ mu-
 tandum censeas, Protag. p. 334.
 B. sophista in rerum utilium
 enumeratione: ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαι-
 ον—πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλ-
 λων ζωῶν πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου.
 ὃς τετέλεκε πλ.] h. e. qui
 inter omnes, qui apud nos
 sapientiae student, plurimum
 pecuniae sophistis solvit. Perperam
 vulgo legebatur τετελείκει, quod
 sententiae rationibus prorsus ad-
 versatur.!

Καλλιὰ, τῷ Ἰππονίχου] Fuit hic homo longe ditissimus,
 ita ut, teste Plutarcho T. I. p. 165.,
 simpliciter ὁ πλουσίος vocaretur.
 Sophistas ab eo magnopere locupletatos
 esse multi loci testantur, veluti Protagor.

ἔχεις ἐπιστάτην λαβεῖν; τίς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, τῆς ἀνθρώπινης τε καὶ πολιτικῆς, ἐπιστήμων ἐστίν; οἶμαι γὰρ σε ἐσκέφθαι διὰ τὴν τῶν υἱῶν κτήσειν. ἔστι τις, ἔφη, ἐγώ, ἢ οὐ; Πάνυ γε, ἢ δ' ὅς. Τίς, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ποδαπός; καὶ πόσον διδάσκει; Εὐννος, ἔφη, ὃ Σώκρατες, Πάριος, πέντε μνῶν. Καὶ ἐγὼ τὸν Εὐννον ἐμακάρισα, εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει ταύτην τὴν τέχ-

C. *Ei ὡς ἀληθῶς ἔχει*] V. *ἔχει*, quod mutatum ex Par. DS. Flor. d. Dein ἐμμελῶς διδάσκει pro vulg. ἐμ. διδάσκει prae-buerunt Bodl. Ven. Z. b. Vind. 3. Flor. c. g. h. Zitt. Par. DS. ἐγὼ οὖν καὶ αὐτός] V. *ἔγωγ' οὖν*. Bodl. Ven. b. Vind. 6. *ἐγὼ οὖν*. Sed recte ἐγὼ γοῦν Par. DS.

p. 314. B. C. HSt. Cratyl. p. 391. C. Hipp. Mai. p. 218. B. Xenoph. Sympos. I. 5. Perstringit eum hoc nomine Aristoph. Avv. v. 285. et sqq. Hoc loco rideri videtur, quod Eveno Pario, utpote saluberimum institutionis pretium poscenti, filios suos instituendos tradiderit. Nimirum ditissimus homo et largissimus divitiarum suarum dispensator tamen filiis suis magistrum delegit vili pretio docentem. Ceterum de gente Calliarum et Hipponicorum praeter Gronovii Obs. IV. 7. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 16. Heindorf. ad Protagor. p. 465 sq. vid. quae nuper disputavit Boeckhiius de Oeconomia civit. Athen. T. II p. 15 sqq. ἐπιστάτην λαβεῖν καὶ μισθώσασθαι] De voc. ἐπιστάτης, quod significat omnino eum, qui alicui rei praest, disputavit Th. Gataker Opp. Posth. p. 877 sqq. — μισθοῦν est locare; μισθοῦσθαι conducere, redimere.

B. πέντε μνῶν] Mina Attica constabat centum drachmis Atticis; v. Pollux IX. 59, 86. Quocirca Evenus exiguum sane sapientiae mercedem postulabat, quandoquidem Protagoram, Gorgiam, alios, centum minas accepisse memoriae traditum est

Aequant autem quinque minae fere 125 loachimicis monetae nostrae. Sed cessit minerval pretio etiam magis procedente tempore.

εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει] De constructione v. Matth. §. 529. 3. Videlicet transit Socrates ad orationem rectam, ita ut referat sua ipsius verba, quae olim Calliae reposuerit: quod fieri solet in oratione concitatiora, quando ea, quae facta sunt, nobis animo quasi repraesentamus. — Verba καὶ οὕτως ἐμμελῶς videntur per dilogiam intelligenda esse et de apta concinnaque docendi ratione et de modico pretio τῶν πέντε μνῶν. Nam ἐμμελῆς dicitur quidquid a recto modo non recedit. Metaphora enim sumpta est a musicis, qui servant praescriptum canendi modum atque numerum. Magna autem in verbis inest urbanitas. Nam Socrates si dixisset: οὕτως εὐτελῶς, Evenum atque adeo Calliam nimis aperte risisset. Usus est igitur eo vocabulo, quo quum videretur Evenum laudare, tamen et huius viri levitatem et ceterorum sophistarum avaritiam acerbè notaret. Similiter locum iam Fischerus interpretatus est, a quo tamen in eo dissentimus, quod ἐμμελῶς idem esse ait, quod προθύμως. Voc. ta-

νην καὶ οὕτως ἐμμελῶς διδάσκει. ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτός ἐκαλλυνόμεν τε καὶ ἠβρυνόμεν ἄν', εἰ ἠπιστάμην ταῦτα· ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Cap. V. Ὑπολάβου οὖν ἂν τις ὑμῶν ἴσως, Ἄλλ', ὡς Σώκρατες, τὸ σὸν τί ἐστι πρᾶγμα; πόθεν αἱ διαβολαὶ σοὶ αὐταὶ γέγονασιν; οὐ γὰρ δήπου, σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων

Cap. V. Ὑπολάβου οὖν ἂν τις] V. ἂν οὖν omisso deinde etiam ὑμῶν. Pronomen dederunt Bodl. Vat. Ven. a. b. Z. Vindöbb. omnes, Flor. a. b. e. g. h. Zitt. Parr. BCDS. g. οὖν ἂν autem Vind. 6. Ven. b. Contra alii vel οὖν vel ἂν omiserunt. Positus vocularum est arbitrarius et promiscuus.

men ἐμμελῆς de modico vel exiguo pretio positum vix alibi reperias.

C. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι] h. e. ἀλλ' οὐ δύναμαι καλλύνεσθαι καὶ ἠβρυνεσθαι· οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, v. ad cap. III.

Cap. V. οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδὲν] Infra p. 41. C: οὐ δήπου τούτου γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι. Gorg. p. 455. A. De Republ. VI. p. 509. A. Οὐ γὰρ δήπου σὺ γε ἠδονὴν λέγεις. Euthyphron. p. 13. A: Οὐ γὰρ που λέγεις γε, σὶ αἴτερος καὶ αἱ περὶ τὰ ἄλλα θεοκαταῖα εἰσι. v. Schaeff. ad Theocrit. p. 212. et Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. v. 110.

οὐδὲν τῶν ἄλλων περιετότερον] h. e. nihil curiosius quam ceteri. Deinde ἔπειτα post participium quod illatum est, v. Koen. ad Greg. Corinth. p. 144 sq. ad Phaedon. p. 70. B. Proxima: εἰ μὴ τι ἐπραττες ἄλλοιον ἢ οἱ πολλοί, si abessent, nemo, opinor, magnopere desideraret. Nihilominus non possumus a nobis impetrare, ut ea cum Cobeto De arte Interpret. p. 142. et Car. Fr. Hermannō pro suppositiciis habeamus. Quod quominus recte fieri queat, ipsa prohibet orationis insolentia, qualis certe a glossatoribus proficisci non solet. Patet enim, ista: εἰ

μή τι — ἢ οἱ πολλοί iterare sententiam verborum: σοῦ γε οὐδὲν — πεπραγματομένου, cuius iterationis exempla ad Phaedon. p. 67. B. adscripsimus, collegit item A. Matthiae Gr. Gr. §. 636. 2. p. 1541. ed. 3. et ex Latinis scriptoribus Wopkens Lectt. Tull. p. 55. Hottinger ad Cic. De Divinat. I. 29. quae Hirschigius inspicere debebat diligentius quam fecisse videtur. Sed quum istud quidem apertum sit, tum diligenter animadvertendum est, repetitionem sententiae superioris nunc eo modo fieri, ut protenus alia admittatur orationis structura. Subiungitur enim εἰ cum imperfecto perinde ac si antea dictum sit: σοῦ γε μηδὲν — πραγματοποιμένου — λόγος ἐγένετο ἄν. At nimirum tantum abest, ut ea variatio glossematis suspicionem moveat, ut loci sinceritatem gravissime testetur. Quis enim interpolator id sibi summisset, ut tale glossema allineret, quod reliquis verbis ne apte quidem conveniret? Enimvero sunt haec profecto ipsius scriptoris, in sententiae iteratione, certe non sine gravitate facta, licentius quidem nec tamen temere versati. Extulit enim primum sententiam sic, ut ipsam rerum veritatem ob oculos habuerit, haec dicens:

περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τὸσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μὴ τι ἔπραττες ἄλλοιον ἢ οἱ πολλοί. λέγε οὖν ἡμῖν, τί ἐστίν, ἵνα μὴ ἡμεῖς περὶ σοῦ αὐτοσχέδια διάζωμεν. Ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων, καὶ γὰρ ὑμῖν πειράσσομαι ἀποδείξαι, τί ποτ' ἐστι τοῦτο, ὃ ἐμοὶ πεποίηκε τό τε ὄνομα καὶ τὴν διαβολήν. ἀκούετε δὴ. καὶ ἴσως μὲν δόξω τισὶν ὑμῶν παίζειν, εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ. Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' οὐδὲν ἄλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα. ποίαν δὴ σοφίαν ταύτην; ἢ περὶ ἐστὶν ἴσως ἀνθρωπίνη σο-

[ἵνα μὴ ἡμεῖς περὶ σοῦ] V. ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς, invitis codicibus omnibus.

E. ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω] V. ὃ τι λέγω, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. mutatum. Utrumque

non enim, opinor, te nihil agente ceteris curiosius tamen tantus de te rumor ac sermo exortus est. Tum vero gravius etiam rem urgens omnino negat talem rumorem extitutum fuisse ideoque hypothetico enunciato sic pergit: si nihil scilicet aliud ageres quam plerique, quod tamen secus habet, quum revera aliud quid agere soleas. Similis variatio, licet non plane eadem, cernitur in loco Phaedon. p. 67. E, ubi v. ann.

περὶ σοῦ αὐτοσχέδια διάζωμεν] αὐτοσχέδια ζῶμεν] αὐτοσχέδια ζῶμεν] quum proprie dicatur de iis, qui subito et ex tempore aliquid faciunt dicuntve, h. l. de iudicibus ponitur, qui temere statuunt atque decernunt. Dixi de hoc verbo ad Euthyphron. p. 33.

D. πεποίηκε τό τε ὄνομα καὶ τὴν διαβολήν] τὸ ὄνομα pertinet ad famam Socratis, quod sapiens indicatus et habitus est, ut dicitur τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα: sed ἡ διαβολή refertur ad calumnias et criminationes adversariorum. Formulam ποιῶν ὄνομα Muretus Varr.

Lectt. VII. 16. contulit cum Latina famam conficere. Hipp. mai. p. 282. A. οἶα ἦν ἀπ' ὧν τοῦνομα ἔσχε.

εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν — ἐρῶ] Criton. c. 17: Ἀλλὰ ἴσθι, ὅσα γε τὰ νῦν ἐμοὶ δοκούντα, ἐάν τι λέγῃς παρὰ ταῦτα, μάτην ἐρεῖς. Infra c. 17: ταῦτα γὰρ κελύβει — εὖ ἴστε. Multa id genus collegit Iacobs ad Athen. p. 271. Mox de δι' οὐδὲν ἄλλ' ἢ v. ad p. 34. B. et Phaedon. p. 81. B. 82. B.

E. μείζω τινὰ ἢ κατ' ἀνθρώπων] h. e. maiorem habeant sapientiam quam quae cadat in hominem. cf. Matth. Gr. Gr. §. 449. Rost. Gr. §. 97. p. 411. ed. 7. — Verba ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω, Fischero etiam iudice, ironice dicta sunt, hoc sensu: Sophistae aut divinam habent sapientiam, aut nullam. Quocirca non opus est, ut cum Forstero scribatur: ἦν οὐκ ἔχω ὃ τι λέγω.

ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἐμῇ λέγει] h. e. mei calumniandi causa. Nam ἐπὶ consilium indicat. cf. Matth. Gr. §. 585.

φία. τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύω ταύτην εἶναι σοφός· οὔτοι δὲ τάχ' ἂν, οὓς ἄρτι ἔλεγον, μείζω τινὰ ἢ κατ' ἀνθρώπων σοφίαν σοφοὶ εἶεν, ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω· οὐ γὰρ δὴ ἐργαγε αὐτὴν ἐπίσταμαι, ἀλλ' ὅστις φησὶ ψεύδεται τε καὶ ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἐμῇ λέγει. καὶ μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θορυβήσητε, μηδὲ ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν· οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον, ὃν ἂν λέγω, ἀλλ' εἰς ἀξιοχρεῶν ὑμῖν τὸν λέγοντα ἀνοίσω. τῆς γὰρ ἐμῆς, εἰ δὴ τίς ἐστι σοφία καὶ οἶα, μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς. Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε πού. οὗτος ἐμὸς τε ἐταῖρος ἦν ἐκ 21

recte dici constat; v. Porpo ad Cyrop. 1. 2, 10.

μὴ θορυβήσητε, μηδὲ ἂν δόξω —] V. μὴ θ. μηδὲν, ἂν δόξω, quod e Bodl. Vind. 1. 4. 6. Par. DST. Ven. b. Flor. g. h. emendatum.

γὰρ ἴστε πού] V. δήπου, contra fidem codicum.

De pronomine possessivo loco pronominis personalis posito cf. Homer. Odys. XI. 202: σὸς πόθος. Iliad. XIX. v. 320. v. 336: ἐμῆν ἀγγελίην i. e. περὶ ἐμοῦ. Sophoc. Oed. T. 969: τῷ ἐμῷ πόθῳ. Plat. Gorg. p. 476: εὐνοία τῇ σῇ. Hor. Epod. V. 81. amore meo, ubi Bentl. male mei. Sallust. lug. c. 14: Vos in mea iniuria despecti estis. Ac similiter Livius II. 1: regium matum dixit pro metu regis; et I. III. 16: terrorem servilem pro terrore servorum.

μέγα λέγειν] h. e. magnum et insolens quid dicere h. e. gloriari. Formulam exemplis illustravit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 39. Lobeck. ad Aiac. v. 386. Wunder. ibid. 375. conf. etiam Phaedon. p. 95. B. ibique annot. — De verbis οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον, quae ad amovendam invidiam interponuntur, cf. Eurip. Fragm. Melanippes ap. Valckenaer. Diatrib. p. 46: Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἐμῆς μητρὸς πάρα. Helen. v. 520:

Λόγος γὰρ ἐστὶν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος. Alcibiad. I. p. 24. C: τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα ξυμβαίνει, ὃ Ἀλκιβιάδῃ, τοῦ τὰδε κινδυνεύεις, ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ ἀηχοῦμαι, οὐδ' ἐγὼ εἶμι ὃ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σὺ. Sympos. c. 5. ibique ann.

ἀξιοχρεῶν] quod proprie dicitur de eo, qui est solvendo, ideoque dignus, cui credas pecuniam, similiter atque Latinum locuples usurpatur etiam de testibus fide dignis. Hesychn.: ἀξιοχρεῶς, ἀξιοπίστος. Suid.: ἀξιοχρεῶς· ἱκανός, ἐγγύς, ἀξιοπίστος.

τῆς γὰρ ἐμῆς — καὶ οἶα] h. e. παρέξομαι γὰρ ὑμῖν τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς μάρτυρα τῆς ἐμῆς σοφίας, εἰ δὴ τίς ἐστιν, καὶ οἶα ἐστίν. Attractionis genus explanavit Krüger. De Attract. p. 202.

Χαιρεφῶντα γὰρ —] De Chaerephontis fervido et vehementi ingenio cf. Aristoph. Nubb. v. 104. v. 501 sq. ibique Scholiast. Avv. 1570. Xenoph. Memorab. II. 3. Plat. Charmid. P. 153. B. Gorg. p. 447 sqq. 458. C.

νέου, καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἐταῖρός τε καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην καὶ μετ' ὑμῶν κατήλθε. καὶ ἴστε δὴ, οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σοφώδης ἐφ' ὃ τι ὀρμήσειε. καὶ δὴ ποτε καὶ εἰς ἀδελφούς ἐλθὼν ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι, — καὶ, ὅπερ λέγω, μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες. ἤρετο γὰρ δὴ, εἴ τις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος. ἀνέειλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι. καὶ τούτων περὶ ὁ ἀδελφός ὑμῖν αὐτοῦ οὐτοσί μαρτυρήσει, ἐπειδὴ ἐκείνος τετελεύτησε.]

B Cap. VI. Σκέψασθε δὲ ὧν ἕνεκα ταῦτα λέγω· μέλλω γὰρ ὑμᾶς διδάξαι, ὅθεν μοι ἡ διαβολὴ γέγονε. ταῦτα γὰρ ἐγὼ ἀκούσας ἐνεθυμούμην οὐτοσί, Τί ποτε λέγει ὁ θεός, καὶ τί ποτε αἰνίττεται; ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα οὔτε

P. 21. μὴ θορυβεῖτε] Sic Vat. Ven. b. Vind. l. 5. Flor. h. Par. CDS. Vulgo soloece θορυβῆτε, quod Bast. ad Greg. Corinth. p. 1005. corrigendum vidit. Bodl. θορυβεῖσθε.

Cap. VI. Σκέψασθε δὲ ὧν ἕνεκα —] V. δὴ, quod e Vat. Vind. l. 4. 6. Flor. d. g. h. Ven. b. Par. DST. mutatum.

P. 21. καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἐταῖρός] Hoc dicit: et sicuti mihi, ita etiam vobis sodalis fuit ideoque nuper vobiscum fugit atque rediit; ut non videamus, quo iure Cobet. Varr. Lectt. p. 299. verba ἐταῖρός τε delenda censuerit. Respicitur autem fuga Atheniensium tempore triginta tyrannorum, de qua v. Nep. Thrasylbul. l. et Justin. V. 8 sq. Quam quum paucis annis ante Socratis obitum accidisse compertum habeamus, facile est ad intelligendum, cur hoc loco dicatur τὴν φυγὴν ταύτην. — Verba κατεῖναι, et κατέρχασθαι de iis, qui ab exsilio in patriam redeunt, usitata illustrant. interpret. ad Aristophan. Ran. v. 1196 1274. et Porson. ad Eurip. Med. 1011. Deinde ἐφ' ὃ τι ὀρμήσειε gravius dictum est pro εἰ ἐπὶ τι ὀρμήσειε, de quo genere loquendi dixi ad Euthyphr. p. 17. Ceterum etiam Lysias eadem attingens tempora populum democraticae studiosum τὸ ὑμέτερον πλήθος appellare solet. v. Orat. ad

v. Agorat. p. 94. p. 96. p. 99. p. 100. p. 108. c. Alcibiad. p. 135. c. Philon. p. 164. contr. Poliarch. p. 195 Pro bonis Aristoph. p. 210. ed. Bremi. ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι] μαντεύσασθαι h. l. est oraculum sibi edi iubere. h. e. consulere, interrogare, sciscitari, ut ap. Xenoph. Memor. I, 1, 6: περὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν, ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο, μαντευσομένους ἐπεμπεν, εἰ ποιητέα. Mox verba ὅπερ λέγω in parenthesi accipienda sunt: respondent autem formulae Germanicae: wie gesagt. cf. Sympos. p. 178. A. 186 E. 192. E. Gorg. p. 465. A. Cratyl. p. 396. B. 426. D. Protagor. p. 316. E. al.

ἤρετο γὰρ δὴ, εἴ τις —] Quum Graeci redeunt ad superiora, post parenthesis repetere solent vel idem verbum vel simile, eique comites addunt particulas γὰρ, δὴ, οὖν. v. Matth. §. 615 et 616. — De Chaerephontis facinore v. Xenoph. Apolog. 14. et Laërt. II. 37.

σμικρόν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφός ἂν· τί οὖν ποτε λέγει φράσεων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; οὐ γὰρ δήπου ψεύδεται γε· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ. καὶ πολλὸν μὲν χρόνον ἠπόρουν, τί ποτε λέγει, ἔπειτα μόγις πάνυ ἐπὶ ζήτησιν αὐτοῦ τοιαύτην τινὰ ἐτραπόμην. ἦλθον ἐπὶ τινα τῶν δοκούντων σοφῶν εἶναι, ὡς ἐνταῦθα, εἶπερ που, ἐλέγξων τὸ μαντεῖον καὶ ἀποφηνῶν τῷ χρησιμῷ, ὅτι οὐτοσί ἐμοῦ σοφώτερός ἐστι, σὺ δ' ἐμὲ ἐφρησθα. διασκοπῶν οὖν τοῦτον — ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δεῖσθαι λέγειν, ἦν δέ τις τῶν πολιτικῶν, πρὸς ὃν ἐγὼ σκοπῶν τοιοῦτόν τι ἐπαθον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἔδοξε μοι οὗτος ὁ ἀνὴρ δοκεῖν μὲν εἶναι σοφός ἄλλοις τε πολλοῖς ἀνθρώποις καὶ μάλιστα

ἔπειτα μόγις] V. μόλις. Illud codd. optimi atque plurimi magno consensu tuentur, nec dubitamus, quin Platoni ubique reddendum sit. v. Dorvill. ad Charit. p. 345. Inane est discrimen quod statuit Thom. Mag. p. 619.

C. ὅτι οὐτοσί ἐμοῦ σ.] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vin. l.

Athen V p. 218. E.

ἀνέειλεν οὖν ἡ Πυθία] Verba Pythiae fuerunt, auctore Laërt. II. 37: Ἀνδρῶν πάντων Σωκράτης σοφώτατος. Apud Schol. Aristoph. Nubb. v. 144. sic laeantur: Σοφός Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης· Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος. Aliter paulo Xen. Apol. Socr. c. 14. Conf. de hoc oraculo etiam Menag. ad Laërt. II. 37. Davis. ad Max. Tyr. IX, 1. et ad Cicero. Academ. I. 4. ὁ ἀδελφός — αὐτοῦ] Chaerecrates. v. Xenoph. h. Mem. II. 3.

B. ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφός ἂν.] Alio modo infra p. 22. D: ἐμαυτῷ ξυνήδων οὐδὲν ἐπισταμένω et p. 34. B. v. Matth. §. 548. 2. Rost. §. 129. not. 2.

οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ] Frequens sententia est Apollinem mentiri nefas esse: v. De Republ. II. p. 383. B. Aeschyl. Prom. v. 1032. Pindar. Pyth. III. 29. IX. 44 sqq. ed. Boeckh. — οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ igitur significat: non enim id per

naturam et leges divinas hoc ipsi licet facere. conf. p. 30. D. ibique ann.

ἠπόρουν, τί ποτε λέγει] Fischerus λέγει scribendum censebat. Sed non desunt alia huius constructionis exempla. Nimirum transitur ab obliqua oratione subito ad rectam: unde etiam τί, non ὅ τι positum est. v. Matth. §. 529, 3.

ὡς ἐνταῦθα, εἶπερ που, ἐλ.] Hirschig. arbitrio suo scripsit εἶπερ που ἄλλοθι ἐλ. quod in hac formula semper et ubique requiri ait. Tu noli credere. Theaet. p. 171. E. ἀλλ' ἐνταῦθα ἄλλον ἄλλον διαφέρειν, εἶπερ που. Ibid. p. 172. A: ἐπαυθ', εἶπερ που, αὐ ὁμολογήσει. al.

C. καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἔδοξε μοι] Schleiermacherus καὶ delendum censet propterea, quod participium διασκοπῶν iam verbo σκοπῶν iteratum sit atque durum videri debeat ista τοιοῦτόν τι ἐπαθον in parenthesi collocari. Itaque locum corruptum arbitratur atque talem, qui sine codicum ope

ἑαυτῷ, εἶναι δ' οὐ. κάπειτα ἐπειρώμην αὐτῷ δεικνύναι,
 D ὅτι οἴοιτο μὲν εἶναι σοφός, εἶη δ' οὐ. ἐντεῦθεν οὖν τού-
 τῳ τε ἀπηχθόμενῳ καὶ πολλοῖς τῶν παρόντων. πρὸς ἑμὰν-
 τὸν δ' οὖν ἀπίων ἐλογιζόμενῳ, ὅτι τούτου μὲν τοῦ ἀνθρώ-
 που ἐγὼ σοφώτερός εἰμι· κινδυνεύει μὲν γὰρ ἡμῶν οὐδέ-
 τερος οὐδὲν καλὸν κάγαθὸν εἰδέναι, ἀλλ' οὕτως μὲν οἴεται
 τι εἰδέναι οὐκ εἰδώς, ἐγὼ δέ, ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδέ
 οἴομαι. ζοιζα γοῦν τούτου γε μικρῶ τιμὴ αὐτῷ τού-

4. 6. Flor. d. e. g. In Par. DS. scriptum οὐτοσίην ἐμοῦ. Vett.
 editt. οὐτός γέ μου, quod Bekker. cum Par. CB. mutavit in οὐτός
 γ' ἐμοῦ.

D. οὐδὲν καλὸν κάγαθὸν εἰδέναι] V. καλὸν οὐδ' ἀγα-
 θόν, quod e Bas. 2. Bodl. Ven. a. b. Vindobonensibus et Flo-

in integrum restitui non possit. Cui quidem viri summi sententiae fateor me non accedere. Etenim verba τοιοῦτόν τι ἐπαθὸν recte poterant ad parenthesis referri, quoniam pronomen ad ea spectat, quae iam nunc dicitur: tale quid, quale nunc sum dicturus. Nec video, quid σκοπὸν habeat offensionis. Prorsus eodem modo Germanice dicere licet: „Diesen nun betrachtend — denn ihn mit Namen zu nennen ist nicht nöthig; es war aber einer von den Staatsmännern, welchen ins Auge fassend mir dergleichen widerfuhr, ihr Athener, — und mit ihm mich unterredend kam es mir vor als wenn etc.“ Ceterum frequens est haec verborum structura, qua κατὰ τὸ σημαίνόμενον verbo ἔδοξεν nominativus participii additur loco dativi. De Legg. III. p. 686. D: ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν σίδιον, οὗ πέρι διαλεγόμεθα, ἔδοξε μοι πάγκαλος εἶναι. Ibid. VII. p. 811. C. Xenoph. Hell. VII. 5, 18: ἐνθουμούμενος, ὅτι — ἔδοκει αὐτῷ. Cyrop. VI. 1,

18. βουλόμενος πέμψαι — ἔδοξεν αὐτῷ. Cyrop. III. 2, 28. VII. 5, 37. ibique Zeun. Conf. Matth. Gr. §. 311. Bernhardt. Synt. p. 41. Jacobs ad Achill. Tat. p. 860. Eadem ratione Latini utuntur. Hirt. De bello Afric. c. 25. Dum haec ita fierent, rex Iuba, cognitis difficultatibus copiarumque paucitate, non est visum etc., ubi v. Davis. Wexius in Annal. Phil. et Paed. Jahrbuch Vol. LXXIV. Fasc. X. 1856. p. 610. verba: καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ad parenthesis pertrahi vult, ne καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ iuxta ἔδοξε μοι positum sit, quod per grammaticas rationes fieri posse negat. Sed non multo aliter Legg. III. l. c. et Xenoph. Cyrop. VI. I, 18. ut alia taceamus. Accedit quod hic nominativus accommodatus est antegressis: διασκοπῶν οὖν τούτου.

D. πρὸς ἑμαυτὸν — ἐλογιζόμενῳ] h. e. mecum cogitabam, ut Phaedon. c. 45. πρὸς ἑμαυτὸν σκεψάμενος, et Euthyphron. p. 9. B. πρὸς ἑμαυτὸν σκοπῶ. De verbis ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα v. ad Phaedr.

τῳ σοφώτερος εἶναι, ὅτι ἂ μὴ οἶδα οὐδὲ οἴομαι εἰ-
 δέναι. ἐντεῦθεν ἐπ' ἄλλον ἤα τῶν ἐκείνου δοκούν-
 των σοφωτέρων εἶναι, καὶ μοι ταῦτα ταῦτα ἔδοξε· E
 καὶ ἐνταῦθα κάκεινῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἀπηχθόμενῳ.

Cap. VII. Μετὰ ταῦτ' οὖν ἤδη ἐφεξῆς ἤα, αἰ-
 σθανόμενος μὲν καὶ λυπούμενος καὶ δεδιώς, ὅτι ἀπη-
 χθάνομην, ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἐδόκει εἶναι τὸ τοῦ θεοῦ
 περὶ πλείστου ποιῆσθαι. ἰτέον οὖν σκοποῦντι τὸν χρη-

rentinis omnibus, aliis, mutatum.

Cap. VII. E. ἰτέον οὖν σκοποῦντι τ. χρ.] Sic Bodl.
 Ven. b. Vind. l. 4. Flor. g. h. Par. DS. Vett. editt. καὶ ἰέναι σκο-
 ποῦντι v. ann.

p. 242. E. coll. Matthiae Gr. §. 625. p. 1274. Germanice dixeris: wie ich es nun einmal nicht weiss. Cobet. Varr. Lectt. p. 299. οὖν eiiciendum censet.

σμικρῶ τιμὴ αὐτῷ τοῦ-
 τῳ σοφώτερος εἶναι] Cic. Academ. l. 4: Socrates — ita disputat, ut — nihil se scire dicat nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi, quae nesciant scire se putent, ipse se nihil scire id unum sciat; ob eamque causam se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una hominis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. Ceterum errat Fischerus, verba σμικρῶ τιμὴ explicari opinans verbis αὐτῷ τοῦτῳ. Sensus enim hic est: hoc ipso mihi videor nonnihil isto esse sapientior, quod quae nescio, ea nec scire me arbitrator.

Cap. VII. E. ὅτι ἀπηχθάνομην] Pertinet ὅτι ad αἰσθάνομην, hoc sensu: cum dolore pariter atque me-

tu sentiens, me in odium incurrere. Quo non animadverso mire Wolfius: „videns quidem et dolens invisum me fieri, atque ob id metuens.“ Dein participii usus vertit in verbum finitum, quandoquidem proprie pergendum fuit: ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἡγούμενος εἶναι κτλ. — De verbis τὸ τοῦ θεοῦ v. Matth. §. 284.

ἰτέον οὖν σκοποῦντι] Facit Socrates se ipse loquentem, quum animo commoto referat ea, quae illo tempore fecerit et cogitaverit. Nam verba hoc modo intelligenda sunt: Eundem est igitur, mecum cogitabam (hoc enim inest in praecedenti ἔδοκει), quid divina illa vox sibi velit exploraturo, ad eos omnes, qui etc. Quod in vett. editt. scriptum exstat: καὶ ἰέναι σκοποῦντι, id quoniam nonnihil languoris orationi affert, facileque ex correctione originem ducere potuit, recte videtur cum Bekkero repudiasse. Certe in uno Vindob., qui veram lectionem conservavit, margini adscriptum est καὶ ἰέναι.

σμόν, τί λέγει, ἐπὶ ἅπαντας τοὺς τι δοκοῦντας εἶδέναι.
22 καὶ νῆ τὸν κύνα, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — δεῖ γὰρ πρὸς
ὑμᾶς τάληθῆ λέγειν — ἢ μὴν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτον·
οἱ μὲν μάλιστα εὐδοκιμοῦντες ἐδοξάν μοι ὀλίγον δεῖν τοῦ
πλείστου ἐνδεεῖς εἶναι ζητοῦντι κατὰ τὸν θεόν, ἄλλοι δὲ
δοκοῦντες φανλότεροι ἐπιεικέστεροι εἶναι ἄνδρες πρὸς
τὸ φρονίμως ἔχειν. δεῖ δὴ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην
ἐπιδείξαι ὡσπερ πόνοους τινὰς ποιοῦντος, ἵνα μοι καὶ
ἀνέλεγκτος ἢ μαντεία γένοιτο. Μετὰ γὰρ τοὺς πολιτι-

P. 22. B. ἔγνω οὖν καὶ περὶ τ.] αὐ̄ vulgo post οὖν
additum om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. h.

P. 22. καὶ νῆ τὸν κύνα] „De originae et vi iurisiurandi
Socratis per canem alias-
que animantes variae feruntur
et veterum et recentiorum
sententiae, quas collegerunt ma-
gno studio Menagius ad Laert.
II. 40. p. 92 sq. et Pet. Pe-
titus Observatt. Miscell. 4.
7., qui per canem intelligi puta-
bat daemonium Socratis. Ioach.
Camerarius Opusc. de R. R.
p. 28. canem arbitrabatur esse
fidei symbolum, atque adeo iurisiurandi
formulam νῆ τὸν κύ-
να fere respondere Latinae me-
dius fidius. Olympiodorus
in vita Platonis ex eius Gorgia
canem ostendit fuisse Aegyptio-
rum deum. v. Aelian. V. H.
X. 45. Ego vero ut in re in-
certa et obscura iis assentior,
qui opinantur Socratem iurasse
per canem, anserem, etiam quer-
cum (v. Cyrill. Alexandr. c. Iu-
lian. 6. p. 190 A.), quod nohuisset,
Rhadamanthi exemplo et
auctoritate, per ipsos deos iura-
re. v. Porphyz. de Abstinent.
III. 16.“ Fischerus. Cf. ad
Gorg. p. 482 B. et de Rhadamanthi
iureiurando ad Legg. XII. p. 948.
B. C. Suidas s. v. Ραδαμάνθου
ὄρκιος, et s. v. χῆρα δμνύει.
Philostr. De Vita Apollon.
c. 9. Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν
χῆρα καὶ τὴν πλάτανον ὄμνυ,

οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεοὺς
ὄμνῃ. Nimirum callidus ἔγνω
cum cavillatione quadam videretur
ita iuravisse. Aliter tamen
etiam Schol. ad Aristoph. Vesp.
v. 83: οὕτω δὴ δεισιδαιμονίαν
ὄμνουν. ἢ τὰρα μμεῖται τοὺς φι-
λοσόφους εἰς κύνα καὶ χῆρα δμνύ-
οντας.

ἔπαθόν τι τοιοῦτον· οἱ
μὲν μάλιστα —] Solent eae
sententiae, quae aliis subiciuntur
explicationis causa, ita addi,
ut particularum et coniunctionum
vincula omittantur. Gorg. p. 450.
A: καὶ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι,
ὃ Γοργία, οὕτως ἔχουσι ἐνά-
στη αὐτῶν περὶ λόγους ἐστὶ
τούτους, οἱ τυγχάνουσιν ὄντες
κτλ. Ibid. p. 465. D. τὸ τοῦ
Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, ὃ φί-
λε Πόλε, — ὁμοῦ ἂν πάντα
χρήματα ἐφύροτο. Huic loco omni
ex parte similia sunt haec:
Phaedon. p. 68. E. τί δ' οἱ κό-
σμοι αὐτῶν; οὐ ταῦτον τοῦτο
πεπόνθαον; ἀκολασία τινὲ σὺ-
φρονεῖς εἰσι; Legg. I. p. 635. D.
ἕνεκα τῆς γλυκυνθμίας τῆς πρὸς
τὰς ἡδονὰς ταυτῶν πείσονται
τοῖς ἠτωμένοις τῶν φόβου· δου-
λεύουσιν τρόπον ἕτερον καὶ ἐτ'
αἰσχίω. Gorg. p. 513. A. Phaed.
p. 251. D. Menex. p. 235. B.
Eurip. Heraclid. v. 179. μὴ
πάθης σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας

κοὺς ἦα ἐπὶ τοὺς ποιητὰς τοὺς τε τῶν τραγωδιῶν καὶ
τοὺς τῶν διθυράμβων καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς ἐνταῦθα B
ἐπ' αὐτογράφω καταληφόμενος ἐμαντὸν ἀμαθέστερον ἐκεί-
νων ὄντα. ἀναλαμβάνων οὖν αὐτῶν τὰ ποιήματα, ἄ μοι
ἐδόκει μάλιστα πεπραγματεῦσθαι αὐτοῖς, διηρώτων ἂν
αὐτοὺς τί λέγοιεν, ἵν' ἅμα τι καὶ μανθάνοιμι παρ' αὐτῶν.
αἰσχύνομαι οὖν ὑμῖν εἰπεῖν, ὃ ἄνδρες, τάληθῆ ὅμως
δὲ ῥητέον. ὡς ἔπος γὰρ εἰπεῖν, ὀλίγον αὐτῶν ἅπαν-
τες οἱ παρόντες ἂν βέλτιον ἔλεγον περὶ ὧν αὐτοὶ ἐπεποιή-
κεσαν. ἔγνω οὖν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο,

Par. DSTg. Ceterum Bekker. ex uno solo Par. S. pr. dedit πε-
ποιήκεσαν, augmento omisso.

παρὸν φίλους ἐλέσθαι, τοὺς κα-
κίονας λάβης. Eurip. Iphig. Aul.
v. 366. cf. Heindorf. ad Phae-
don. p. 57. Matth. ad Eurip.
Hecub. c. 777.

ἵνα μοι καὶ ἀνέλεγκτος
ἢ μαντεία γένοιτο] Ait So-
crates se omnia fecisse, ut ora-
culum a Pythia datum reselleret;
sed multis laboribus exantlatis
eventum expertum esse hunc,
ut eius veritatem etiam confir-
maret adeo, ut ἀνέλεγκτος fieret,
hoc est tale, quod erroris con-
vinci non posse videretur. Non
sine ironia haec a Socrate dici
nemo erit quin sentiat. Quam-
quam aliter sensit Car. Fr.
Hermann, qui suo Marte in-
vitis libris omnibus edidit: ἵνα
μοι καὶ ἄν ἐλεγκτος ἢ μ. γ. quod
linguae Atticae leges ferre non
videntur. Non male Wolfius
locum sic interpretatur: ut mihi
denique a nemine posthac
argui oraculum posset.
Ceterum de genitivo ποροῦν-
τος post τὴν ἐμὴν illato v.
Matthiae gr. Gr. §. 466. I.

B. ἄ μοι ἐδόκει — πε-
πραγματεῦσθαι αὐτοῖς] h.
e. quae ab iis maxima di-
ligentia composita vide-
bantur. Deinde imperfectum
διηρώτων cum ἂν coniunctum
indicat rem pro rerum condi-
tione repetitam. v. Matth. §.

599. 1. Buttm. §. 126. 5. Rost.
§. 120. 5. c. γ. p. 594.

οἱ παρόντες ἂν βέλτιον
ἔλεγον περὶ ὧν αὐτοὶ ἐπε-
ποιήκεσαν] Ne quis requirat
tempus perfectum πεποιήκασι, sen-
tentia verborum haec est: omnes,
qui aderant, melius istis de
carminibus solebant iudicare,
quae illi ipsi composuerant.
Non sine vi repetitum est
pronomem αὐτοῖ, quo graviter
significatur poetas ipsos de
suis ipsorum carminibus peius
iudicasse quam alios homines,
qui illos carmina recitantes
audierint. Minus recte
Wolfius: Nam prope dixerim,
omnes praene, qui hic adsunt,
istis melius dicerent de iis,
quae isti composuerant. Nam
οἱ παρόντες non intelliguntur
qui Socratem audiunt se in
iudicio defendentem, sed potius
ii, qui interessant eius sermo-
nibus, quos cum poetas institu-
ebat. Imperfectum ἔλεγον
autem cum ἂν particula copu-
latum etiam hoc loco indicat
actionem identidem repetitam.
Quae quidem interpretatio
cur alteri sit praeferranda,
in promptu ratio est.

ἐν ὀλίγῳ τοῦτο] brevi,
mox, quod plenius dicitur
Sophisti p. 234. A. ἐν ὀλίγῳ χρό-
νῳ. Pro quo cur C. Fr. Her-

C ὅτι οὐ σοφία ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐν-
θουσιάζοντες, ὡς περ οἱ θεομάντις καὶ οἱ χρησμοφοδοί. καὶ
γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐ-
δὲν ὧν λέγουσι. τοιοῦτόν τι μοι ἐφάνησαν πάθος καὶ οἱ
ποιηταὶ πεπονθότες. καὶ ἅμα ἡσθόμην αὐτῶν διὰ
τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τὰλλα σοφωτάτων εἶναι
ἀνθρώπων, ἃ οὐκ ἦσαν. ἀπῆα οὖν καὶ ἐντεῦθεν, τῷ αὐτῷ
οἰόμενος περιγεγονέναι ὥπερ καὶ τῶν πολιτικῶν.

Cap. VIII. Τελευτῶν οὖν ἐπὶ τοὺς χειροτέχνους
D ἦα· ἐμαυτῷ γὰρ ξυνήδειν οὐδὲν ἐπισταμένῳ, ὡς ἔπος

C. ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν] ἃ ποιοῖεν in ed. Steph. errore om.
τῷ αὐτῷ οἰόμενος περιγ.] Bekk. τῷ αὐτῷ αὐτῶν οἰό-
μενος ex Par. H. g. Angel., quos sequi volumus. Et latet in prae-
cedenti ἐντεῦθεν iam aliqua pronominis significatio, ut αὐτῶν non
omnino sit necessarium.

Cap. VIII. ξυνήδειν οὐδὲν — ἦδειν ἔτι —] Codd. omnes
cum vet. editt. ξυνήδειν et ἦδειν: ut nesciamus unde acceperit
Bekker. quod edidit ξυνήδη et ἦδη. Nisi forte secutus est Pa-

mann. de suo scripserit ἐνὶ λό-
γῳ, non exputamus. Quam-
quam bene novimus utramque
formulam interdum in codd.
permutari.

ὡς περ οἱ θεομάντις καὶ
οἱ χρησμοφοδοί] Ion. p. 533. E.
πάντες γὰρ οἱ τῶν ἐπῶν ποιη-
ταὶ οἱ ἀγαθοὶ οὐκ ἐκ τέχνης,
ἀλλ' ἐνθεοὶ καὶ κατεχόμενοι πάντα
τὰ καλά λέγουσι ποιήματα, καὶ
οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύ-
τως. — καὶ οὐ πρότερον οἷός τε
ποιεῖν (ὁ ποιητής), πρὶν ἂν ἐν-
θεός τε γένηται καὶ ἐκφρων καὶ
ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ ἐνῆ. ἔως
δ' ἂν τοῦτο ἔχη τὸ κτήμα, ἀδύ-
νατός ἐστι ποιεῖν — καὶ χρησμο-
φδεῖν. Adde etiam Menon. p. 99.
C.D. ubi idem prorsus de viris
civilibus iudicatur. Legg. IV. p. 719.

C. ἡσθόμην αὐτῶν —
εἶναι ἀνθρώπων] De con-
structione vid. Matth. §. 349.
1. coll. 549. 4. et §. 536. Butt m.
§. 131. 4. c. Rost. §. 108. 2.
g. coll. §. 127. — ἃ οὐκ ἦσαν,
sc. σοφοί. Voc. ἀνθρώπων Hir-

schig. delevit, quia scriptum
esse oportuerit τῶν ἀνθρώπων.
Quasi vero non dicatur ἄριστ'
ἀνθρώπων Theaet. p. 148. B.
κάλιστ' ἀνθρώπων. Legg. I. p.
636. E. ἥμιστ' ἀνθρώπων Phae-
don. p. 67. E. φθόνερος ἥμιστ' ἄν-
θρώπων Protag. p. 361. C. τὸν ἄρι-
στον ἐν ἀνθρώποις. Lys. p. 211. E.
Nos dicimus: die Weisesten
von der Welt.

Cap. VIII. D. τοῦτον μὲν
οὐκ ἐπεύσθη] v. Matth.
338. Rost. §. 108. 5.

ἔπερ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ
οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί] De-
mosth. Midian. p. 514. ed.
Reisk. ἐγὼ δ' ὅπερ ἂν καὶ ὑμῶν
ἕκαστος ἰβρισθεὶς προέλετο πρᾶ-
ξιαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίησα.
Phaedon. p. 64. C. οὐκ εἶπαί δὲ,
ὡ ἀγαθὲ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυ-
δοκῆ ἄπερ καὶ ἐμοί. Philob. p.
61. B. Xenoph. Symp. VIII.
15. v. ad Euthyphr. p. 84. coll.
Heindorf. ad Phaedon. p. 36.
et ad Parmenid. p. 293. Quod
vero οἱ δημιουργοί, i. e. οἱ χει-

εἰπεῖν, τούτους δὲ γ' ἦδειν ὅτι εὐρήσοιμι πολλὰ καὶ
καλὰ ἐπισταμένους. καὶ τούτου μὲν οὐκ ἐπεύσθη,
ἀλλ' ἠπίσταντο ἃ ἐγὼ οὐκ ἠπιστάμην καὶ μου ταύτη
σοφώτεροι ἦσαν. ἀλλ', ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτόν
μοι ἔδοξαν ἔχειν ἀμάρτημα, ὅπερ καὶ οἱ ποιηταί,
καὶ οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί· διὰ τὸ τὴν τέχνην καλῶς
ἐξεργάζεσθαι ἕκαστος ἡξίου καὶ τὰλλα τὰ μέγιστα
σοφώτατος εἶναι, καὶ αὐτῶν αὐτῇ ἢ πλημμέλεια ἐκεί-
νην τὴν σοφίαν ἀπέκρουπεν· ὥστ' ἐμὲ ἐμαυτὸν ἀνε-
ρωτᾶν ὑπὲρ τοῦ χρημοῦ, πότερα δεξαίμην ἂν οὕτως E

naetii de Platone testimonium apud Eustath. ad Odys. p. 1946.
Rom. T. II. p. 305. ed. Lips. conf. Etym. Magn. p. 419. 13.
Dawesii Miscell. p. 427 sq. ed. Kidd. Schneider. Praefat. ad
Remp. XLII sqq. Nos quidem nunc tam multis et praeclaris
codd., quos collatos ad hunc librum habemus, nonnihil tribuendum
iudicavimus.

E. ὥστ' ἐμὲ ἐμαυτὸς ἀνερωτᾶν] V. ὥστ' ἐμὲ καὶ αὐτὸν
ἀν. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. alii, ὥστε με ἐμ. Verum servavit
Bodl.

ροτέχναι, vocatur ἀγαθοί, sole-
bat Socrates peritos tantum et
in opere suo excellentes adire
opifices. De qua re ipse apud
Xenoph. Oecon. 6, 13: τοὺς
μὲν γὰρ ἀγαθοὺς τέκτονας, χαλ-
κίαις ἀγαθοὺς, ζωγράφους ἀγα-
θοὺς, ἀγαθοὺς ἀνδριαντοποιούς,
καὶ τὰ ἄλλα τὸ τοιαῦτα, πάντ'
ὄλλος μοι χρόνος ἐγένετο ἰκανὸς
περιελθεῖν τε καὶ θεῶσασθαι τὰ
δεδοικμένα καλὰ ἔργα. Quam-
quam οἱ ἀγαθοὶ ironia non va-
care videtur, ut sit: boni qui
dicebantur. Sic Sophocl.
Trachin. v. 532. ed. Br. τοιάδ'
Ἡρακλῆς, ὁ πιστὸς ἡμῖν κάγα-
θὸς καλούμενος. Antigon. v. 31:
τοιαῦτά φασὶ τὸν ἀγαθὸν Κο-
ρόντα — κηρύξαντ' ἔχειν. ubi re-
cte Schol. ἐν εἰρωνείᾳ. Philoct.
v. 873. Ἀργεῖδαι — ἀγαθοὶ στρα-
τηλάται. Mutavit haec quoque
Hirschigius, qui verba: καὶ
οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί in exemplo
suo exstirpavit.

διὰ τὸ τὴν τέχνην — ἕκα-
στος ἡξίου] In uno cod. Flor.
Plat. Opp. Vol. I. P. 1.

b. post διὰ a manu rec. addi-
tum est γὰρ. Quod ne cui reci-
piendum videatur, v. ad cap.
VII. p. 22. A. ann. Deinde ver-
bis καὶ τὰλλα τὰ μέγιστα σοφω-
τάτους εἶναι respici praecipue
ad reipublicae administrationem
bene Forsterus vidit. Ete-
nim Socratis aetate opulentissi-
mi quique civium se maxime
idoneos ad civitatem gubernan-
dam habebant. Quam quidem
istorum hominum vanam stul-
tiamque ambitionem quum So-
crates saepe ridet apud Plato-
nem atque Xenophontem, tum
poetae comici frequenter explo-
serunt.

ἐκείνην τὴν σοφίαν ἀπέ-
κρουπεν] h. e. error ille
atque stultitia scientiam
istorum hominum ac sa-
pientiam ita quasi obscu-
rabat, ut haec nulla esse
videretur.

E. ἀνερωτᾶν ὑπὲρ τοῦ
χρημοῦ] h. e. nomine ora-

ὡςπερ ἔχω ἔχειν, μήτε τι σοφὸς ὢν τὴν ἐκείνων σοφίαν, μήτε ἀμαθὴς τὴν ἀμαθίαν, ἢ ἀμφοτέρω ἀ ἐκείνοι ἐχουσιν ἔχειν. ἀπεκρινάμην οὖν ἐμαυτῷ καὶ τῷ χορημῷ, ὅτι μοι λυσιτελοῖ ὡςπερ ἔχω ἔχειν.

Cap. IX. Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως, ὃ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, πολλαὶ μὲν ἀπέχθεται μοι γεγόνασι καὶ οἶαι χαλεπώταται καὶ βαρύτεραι, ὥστε πολλὰς

ἵτι μοι λυσιτελοῖ] V. λυσιτελεῖ. Optativum habent Bodl. Ven. a. b. E. Vind. 1. 2. 5. Flor. 1. Par. B.H. Angel., quibus obsequendum fuit.

Cap. IX. Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξ.] V. ἐκ ταυτησὶ ἤδη, quod ortum ex mala pronuntiatione. Verum praebuerunt Bodl. Ven. b. Vind. 4. Par. T. Mox Ἀθηναῖοι. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. alii omittunt; et abiecerunt nuper vocem. Turicensis.

P. 23. κινδυνεύει. ὃ ἀνδρες Ἀθηναῖοι] Istud Ἀθηναῖοι om. Bodl. Ven. b. Par. D. S. T. Videlicet orta omissio ex

culi. Deinde v. δέχεσθαι significat praeferre, malle, ut saepe alibi.

ἀμαθὴς τὴν ἀμαθίαν] sc. αὐτῶν. — ἀμφοτέρω, intellig. σοφίαν et ἀμαθίαν. Euthyphron. p. 9. D: ὡς δ' ἐμὲν ἀν πάντες οἱ θεοὶ μισῶσιν ἀνόσιον ἔστιν, ὃ δ' ἀν φιλοῦσιν ὅσιον. ὃ δ' ἀν οἱ μὲν φιλοῦσιν, οἱ δὲ μισῶσιν, οὐδέτεροι ἢ ἀμφοτέρω; Gorg. p. 524. B: οἶον εἴ τις οὐ μέγα ἦν τὸ σῶμα φέσει ἢ τροφή ἢ ἀμφοτέρω ζῶντος. Cf. ibid. 469. B. Phileb. p. 45. D. Phaedr. p. 228. A. Lysid. p. 218. E. De Rep. VIII. 555. D. Demosth. pr. Coron. p. 285. Reisk. ἀμφοτέρω ταῦτα, καὶ εὐνοῦς τῇ πόλει, καὶ πλούσιος. Xenoph. Mem. I. 1, 5: ἐδόκει δ' ἀν ἀμφοτέρω.

P. 23. καὶ οἶαι χαλεπώταται] h. e. longe gravissimae et acerrimae. Nam ante οἶαι intelligendum est ταῦτα. Xenoph. Mem. IV. 8, 11: ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι, οἷος ἀν εἴη ἀριστὸς γέ ἀνηρ καὶ εὐδαιμονέστατος. Loquendi genus illustravit Matth. §. 461. coll. Viger. de Idiot. p. 120.

ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι] Verba σοφὸς εἶναι per epexegesisin praecedentibus ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, i. e. καλεῖσθαι δέ, addita sunt. Quum vero legitima ratio accusativum, σοφὸν εἶναι, requireret; nominativus subiectus est per anacoluthiam, quasi praecessisset ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως — ἀπεχθὴς γέγονα, vel simile quiddam. Similia habet Fritschius Lectt. Lucian. p. 103. extrem. Denique εἶναι post nominandi verbum de more adiectum; v. Heindorf. ad Theaetet. p. 160. B. Reiz. ad Viger. p. 737. Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 141. Pro ὄνομα δὲ ne quis requirat ὄνομα τε, v. ad Protagor. p. 310. A.

τὸ δὲ κινδυνεύει — σοφὸς εἶναι] h. e. quum tamen revera deus videatur sapiens esse. De republ. I. p. 340. C: λέγωμεν τῷ ἡμέτερον οὕτως, ὅτι ὁ ἡμετέρος ἐξήμαρτε καὶ ὁ λογιστὴς ἐξήμαρτε καὶ ὁ γραμματιστὴς. τὸ δ', οἶμαι, ἕκαστος τούτων, κατ' ὅσον τοῦτ' ἔστιν, ὃ προσαγορεύομεν αὐτῶν, οὐδέποτε ἀμαρτάνει. Menon. p.

διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι. οἴονται γὰρ με ἐκάστοτε οἱ παρόντες ταῦτα αὐτὸν εἶναι σοφόν, ἢ ἂν ἄλλον ἐξελέξω. τὸ δὲ κινδυνεύει, ὃ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, τῷ ὄντι ὁ θεὸς σοφὸς εἶναι, καὶ ἐν τῷ χορημῷ τοῦτο λέγειν, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός. καὶ φαίνεται τοῦτο λέγειν τὸν

scripturae compendio, de quo v. Commentar. nostros critt. in Plat. Apolog. in.

φαίνεται τοῦτο λέγειν] V. τοῦτου. Plurimi optimique libri τοῦτον. Pro eo τοῦτι' οὐ λέγειν Wolfius probante Hermannus Mus. Antiquit. Studior. p. 149., reprobante Schaefero ad Lamb. Bos. p. 705. qui τοῦτου cum Fischero interpretatur τοῦτου χάριν. Correximus nunc τοῦτο λέγειν. v. explicat. Recentis editit. de Wolfii coniectura τοῦτι' οὐ λέγειν.

97. D: λέγοντες, ὅτι φρόνησις μόνον ἡρεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν. τὸ δὲ ἀρετὴ καὶ δόξα ἦν ἀληθῆς. Theaetet. p. 157. A: ὥστε ἐξ ἐπάντων τούτων — οὐδὲν εἶναι ἐν αὐτῷ κατ' αὐτό, ἀλλὰ τινι ἀεὶ γίνεσθαι — τὸ δ' οὐ δεῖ κ. τ. λ., ubi Heindorf. de hoc genere loquendi monuit. Legg. I. p. 642. A. VII. p. 803. D. al. Pro τὸ δὲ interdum plenus dicitur τὸ δὲ ἀληθές. De republ. IV. p. 443. D: τὸ δὲ γέ ἀληθές, τοιοῦτον μὲν τι ἦν — ἢ δικαιοσύνη. Tim. p. 86. D: τὸ δὲ ἀληθές, ἢ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκολασία — νόσος ψυχῆς γέγονε. Ex quibus locis intelligitur, quae sit propria vis et significatio illius formulae. Etenim articulus cum δὲ coniunctus indicat id, quod alii cuidam ita opponitur, ut pro vero haberi debeat. Hoc loco post τὸ δὲ inferitur τῷ ὄντι, quo vis illius formulae τὸ δὲ augetur magisque sentiatur. Sic Legg. V. p. 731. E: τὸ δὲ ἀληθὲς γε.

ὀλίγου τινός — καὶ οὐδενός] In his καὶ ante οὐδενός auget atque corrigit verba ὀλίγου τινός, hoc sensu: et vero s. immo nullius pretii. Lo-

quendi genus tetigit Dorvilius ad Chariton. p. 581 ed. Lips. et nuper copiosius illustravit Fritschius Quaestion. Lucian. p. 11. Eodem modo capiendum μικρὰ καὶ οὐδέν. Theaet. p. 173. E: ταῦτα πάντα ἡγησάμενη μικρὰ καὶ οὐδέν. Politic. p. 298. A: ὢν μικρὰ μὲν εἰς τὸν κέρματα καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι. Demosth. p. 790. 20. et p. 260. 26 ed. Reisk. Itaque erravit qui ἢ καὶ οὐδενός scribendum suspicatus est. Prorsus eodem modo scriptores Latini atque usurpant. v. Matth. ad Cicer. II. Catil. XII. 27. Manil. XVIII. 54.

καὶ φαίνεται τοῦτο λέγειν τὸν Σωκράτη] Hoc dicit: Apollo oraculo illo indicavit, sapientiam humanam esse nullam; et manifesto hoc de me (Socrate) dicit; (nam est sane mea sapientia nulla); sed meo utitur exemplo (ut alii quoque intelligant se omni carere sapientia), quasi dicat: ille demum mortalium est sapientissimus, qui, sicuti Socrates, intellexit, se revera sapientiae laude

Σωκράτη, προσκεχρησθαι δὲ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ
B παραδείγμα ποιούμενος, ὡς περ ἂν εἴποι, ὅτι Οὗτος
ὑμῶν, ὡ ἄνθρωποι, σοφώτατός ἐστιν, ὅστις ὡς περ
Σωκράτης ἐγνώσκεν, ὅτι οὐδενὸς ἄξιός ἐστι τῆ ἀλη-
θείᾳ πρὸς σοφίαν. ταῦτ' οὖν ἐγὼ μὲν ἔτι καὶ νῦν
περιῶν ζητῶ καὶ ἐρευνῶ κατὰ τὸν θεόν, καὶ τῶν
ἀστῶν καὶ τῶν ξένων ἂν τινα οἴωμαι σοφὸν εἶναι.

B. ὡς περ ἂν εἴποι] Editt. et mss. omnes εἰ ignorant,
quod recte inseruit Stephanus.

plane esse destitutum. De
constructione cf. Criton. p. 48.
A: φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ
πολλοὶ ἡμᾶς. Menon. p. 77. A:
ὅπερ φασὶ τοὺς συντρέβοντάς τι.
Phileb. p. 54. B. Aristoph.
Acharn. v. 593: ταυτὶ λέγεις σὺ
τὸν στρατηγόν; Ibid. v. 580:
τί δ' εἶπας ἡμᾶς; οὐκ ἔρεϊς;
Sophocl. Electr. v. 984: τοι-
αυτὰ τοι καὶ πᾶς τις ἔξερε βρο-
τῶν. Eurip. Iphig. Taur. v.
340: θανμάσαι ἔλεξας τὸν φαν-
ένθ', ubi Marklandus: „τὸν
φανέντα est περὶ τοῦ φανέντος.
Saepe occurrit hoc schema Ὁμη-
ρικόν.“ Andromach. v. 646: τί
δὴτ' ἂν εἴποις τοὺς γέροντας ὡς
σοφοί; Heynius ad Homerum
T. V. p. 285. „Omnino forma
apud Atticos paullo lenius con-
stitutata, λέγειν τινὰ pro λέγειν
περὶ τινος. Dici enim solet: λέ-
γειν τινὰ τι, λέγειν τινὰ ὅτι,
ὡς, εἰ αὐτός, v. c. λέγειν τινὰ
ὅτι λογικός ἐστι.“ Quod Wol-
fius Script. Misc. p. 100 sq.
legendum censuit: τοῦτ' οὐ λέ-
γειν, id vix probaveris, quia ae-
gre τὸ σοφὸν εἶναι ex superio-
ribus intelligas. Astius in dia-
rio, Zeitschrift für Wis-
senschaft und Kunst in-
scripto, Val. I. fasc. II. p. 104.
defendere conatus est lectionem
plurimorum codicum τοῦτον λέ-
γειν τὸν Σωκράτη ita, ut τοῦ-
τον τὸν Σωκράτη accipi vellet
δεικτικῶς pro ἐμῆ. Sed ita τοῦ-

τον moleste redundat. Imo
merum τὸν Σωκράτη pro ἐμῆ
positum, ita ut deinde recte
τῷ ἐμῷ ὀνόματι subiungatur.
Sic Euthyph. p. 5. A: οὐδὲ τῷ
ἂν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολ-
λῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ τὰ τοι-
αυτὰ εἰδένην, ubi v. quae alia
id genus adscripsimus. Addi-
mus nunc Legg. VII. p. 792. C:
Κλεινὴ ξυνακολουθήσαιμι pro
σοί, quo loco subsequitur ὃ
θανμάσαι. Hipp. mai. p. 298.
B. C. qui locus est sane sincer-
rissimus et vere Platonieus, ut
attractari non debuerit. Phae-
don. p. 98. C. λέγων ὅτι Σω-
κράτης πάντα τῷ πράττει κ. τ. λ.
Horat. Epod. XV. 12. Sat. II.
6, 48. ibique Bentlei.

B. ὡς περ ἂν εἴποι] De
constructione verborum ὡς περ
ἂν εἰ supra dictum est ad pag.
16. D. Plene dicendum fuit hoc
loco: ὡς περ ἂν ποιοῖτο, εἰ εἴ-
ποι. Itaque non dubito, quin
Stephanus, Heindorfius
et Bekkerus voculam εἰ recte
inseruerint. Nam quae interpre-
tes ad hunc locum exempla at-
tulerunt formulae ὡς περ ἂν cum
optativo sine εἰ particula con-
iunctae, ea alius generis sunt.
Enimvero in his locis omnibus
ὡς περ est quem ad modum,
ut; particula ἂν autem referen-
da est ad verbum, quod subii-
citur. Xenoph. Hellen. III. 1,
11: ἀπαζομένης ὡς περ ἂν γυν

καὶ ἐπειδάν μοι μὴ δοκῆ, τῷ θεῷ βοηθῶν ἐνδείκνυ-
μαι, ὅτι οὐκ ἔστι σοφός. καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχο-
λίας οὔτε τι τῶν τῆς πόλεως πράξαι μοι σχολή γέ-
 qua uti constituerat. Unum ta-
 men restat quod moveat dubita-
 tionem. Importune enim inter-
 positum videtur ὑπὸ τοῦ θεοῦ,
 quod quum imaginis elegantiae
 mirum quantum officiat, tum
 etiam propterea otiosum est,
 quod deinde demum declarat,
 se a deo civitati monitorem et
 instigatorem datum esse. Itaque
 Hirschigii consilio verba un-
 cis seclusi. — ῥωθεσιτέρῳ est
 βραδυτέρῳ, Suida interprete.
 οἶον δὴ μοι — τοιοῦτόν
 τινα] In his τοιοῦτόν τινα per
 appositionem, quam vocant, ad-
 ditum est pronomini οἶον, quo
 facilius quae sequuntur subiungi
 possent.

P. 31. ὑμεῖς δ' ἴσως — ῥα-
 δίως ἂν ἀποκτείναιτε] De
 hac participiorum cumulatione
 v. quae diximus ad cap. XIV. extr.
 Wolfius: At vos, offensi
 forsitan, velut dormitan-
 tes quum excitantur, me

B ὄν τοιοῦτος, οἷος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῇ πόλει δεδοσθαι, ἐνθένδε ἂν κατανοήσαιτε· οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἑμαυτοῦ ἀπάντων ἡμεληθέναι καὶ ἀνέχεσθαι τῶν οἰκείων ἀμελουμένων τοσαῦτα ἤδη ἔτη, τὸ δὲ ὑμέτερον πράττειν ἀεὶ, ἰδίᾳ ἐκάστῳ προσ-
 C ἴοντα, ὡς περ πατέρα ἢ ἀδελφὸν πρεσβύτερον, πείθοντα ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς. καὶ εἰ μὲν τοι τι ἀπὸ τούτων ἀπέλανον καὶ μισθὸν λαμβάνων ταῦτα παρεκελευόμην, εἶχεν ἂν τινα λόγον· νῦν δὲ ὁράτε δὴ καὶ αὐτοί, ὅτι οἱ κατηγόροι τὰλλα πάντα ἀναισχύντως οὕτω κατη-
 C γοροῦντες τοῦτό γε οὐχ οἷοί τε γέγονοντο ἀπαναισχυν-
 C τῆσαι, παρασχόμενοι μάρτυρα, ὡς ἐγὼ ποτέ τινα ἢ

B. εἶχεν ἂν τινα λόγον] Bodl. Ven. b. Flor. g. h. Vind. 6. Par. DST. εἶχον. Quamquam εἶχεν defendi potest eo, quod subie-
 ctum est αὐτό, ut Lachet. p. 96. B. Phaed. 62. B. Theaet. p. 187. C. Legg. VI. p. 753. B. 759 B. al.

ἀναισχύντως οὕτω] V. οὕτως ἀναισχύντως, quod mutavi e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST. Nimirum ἀναισχύντως habet τόνωσιν. De οὕτω postposito v. ad Phaedr. p. 256. E. Euthyphr. p. 5 C.

C. καὶ πολυπραγμονῶ] Bodl. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h.

ferietis, atque Anyto obsequuti, temere occiditis: posthac reliquum tempus perdormiscetis, nisi quem alium deus vobis miserit, cura permotus vestri. Etiam his verbis respicitur ad superiorem comparationem et similitudinem. Unde explicatio-
 nem habet κρούειν, quod usurpatur de animalibus vel cornibus vel pedibus ferientibus ac pulsantibus, ut miremur Hermannum in his haerentem et κρούσαντες mutantem in ὀρούσαντες, quod si non omnino a pedestri sermone, at certe ab hac orationis Platonicæ simplicitate alienum est. Ceterum unus Anytus quod hic memoratur neque etiam Meletus aut Lyconis mentio fit, coram iudicibus ille unus maxime verba fecisse videtur. v. ad p. 18. B. coll. p. 29. B. et 36. A

οἷος ὑπὸ τοῦ θ. — δεδοσθαι] v. Matth. §. 479 et 535. Plerumque sequitur infinitivus activi.

B. οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε] h. e. non videtur esse consilii et arbitrii humani. Nam homines quidem ipsi potius suas res quam salutem salutem student: et negligentiam rei familiaris etiam apud Athenienses turpis ponebatur. v. Nep. Themist. 2. Fischerus. — Ἀνθρωπίνον quia plerumque humanae imbecillitatis adiunctam habet significationem, non dubito equidem, quin locus sic interpretandus sit: Superare enim videtur naturam humanam, cuius fere ea est imbecillitas, ut suis quisque rebus unice studeat. De ἀνέχεσθαι cum genitivo constructo v. Coray

ἐπραξάμην μισθὸν ἢ ἤτησα. ἱκανὸν γάρ, οἶμαι, ἐγὼ παρέχομαι τὸν μάρτυρα, ὡς ἀληθῆ λέγω, τὴν πενίαν.

Cap. XIX. Ἴσως ἂν οὖν δόξειεν ἄτοπον εἶναι, ὅτι δὴ ἐγὼ ἰδίᾳ μὲν ταῦτα συμβουλεύω περιῶν καὶ πολυπραγμονῶν, δημοσίᾳ δὲ οὐ τολμῶ ἀναβαίνων εἰς τὸ πλήθος τὸ ὑμέτερον συμβουλεύειν τῇ πόλει. Τούτου δὲ αἰτιὸν ἔστιν ὃ ὑμεῖς ἐμοῦ πολλάκις ἀκηκόατε πολλαχοῦ λέγοντος, ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον γίγνεται [φωνή], ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμῶδων Μέλητος ἐγράφατο. ἐμοὶ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνὴ τις γιγνομένη, ἢ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει

et alii quidam πολυπραγμονῶ. Sed verum esse participium ex eo patet, quod in seq. solum συμβουλεύειν repetitum est.

D. γίγνεται [φωνή]] Istud φωνή, quamquam omnes libri pertinaciter tenent, tamen adeo importune hic intrusum est, ut merito a viris doctis in glossematis suspicionem vocatum sit. Invenctum temere ex consequentibus est. Mox ἀποτρέπει με τοῦτο pro τούτου Bodl. Vind. 1. 6. Par. D.S. Flor. g. h., et pr. Ven. b. ad quod Bodl. in marg. σημειῶσαι διὰ τὴν σύνταξιν.

παγκάλως γέ μοι] δέ μοι vet. editt. invitit codibus fere omnibus.

ad Isocrat. p. 47. et p. 100. Creuzer. ad Proclum p. 101. mea ad Philoh. p. 15. Matth. §. 358. coll. 550. Mox ne quis cum Cobeto scribendum putet καὶ εἰ μὲν τι ἀπὸ τ. Parmenid. p. 161. A. εἰ μὲν τοι μηδὲ τὸ ἐν — δεῖ οὐδέν, εἰ δὲ τὸ ἐν ἐκείνο κτλ.

ἀπαναισχυντῆσαι] pudore deposito agere; pudorem exuere. Quod noli in ἀπαναισχυντῆσαι, insuper impudenter facere, mutare. Est enim dictum elegantissime.

C. ἐγὼ παρέχομαι τὸν μάρτυρα] Ne in articulo offendas, verba ita sunt intelligenda: ὃ μάρτυς, ὃν παρέχομαι, ἢ πενία, ἱκανὸς μάρτυς ἔστιν, ὡς ἀληθῆ λέγω. De re v. p. 23. C. ibique ann.

Cap. XIX. D. ἐπικωμῶδων ἐγὼ ἐγράφατο] Respicit So-

crates ad verba ἀντομοσίας, Ἐπερα δὲ δαιμόνια c. XIX. Ἐπικωμῶδειν autem est ridere, notare, ut κωμῶδειν et διακωμῶδειν idem valent quod διασῶρειν, σκόπειν, χλευάζειν. v. Pollux IX. 148. Causa est, quia in comoedia veteri vitia hominum describebantur et homines quasi notabantur. Fischerus. Usus loquendi docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 174.

ἀεὶ ἀποτρέπει — οὐ ποτε] lisdem paene verbis rem narrat in Theage p. 128. D. cf. infra c. XXXI. De daemone retinente ac prohibente v. etiam Phaedr. p. 242. B. C. Theaet. p. 151. A. Alcib. I. 103. A. 124. C. Xenoph. Mem. IV. 8, 5. Impulisse illud subinde etiam ad haec vel illa facienda testatur Xen. Mem. I. 1, 4. IV. 8, 2. al. Cicero de Divin. I. 54. Sed confer de his Prolegomena.

δὲ οὐποτε. τοῦτ' ἔστιν ὃ μοι ἐναντιοῦται τὰ πολιτικά πράττειν. καὶ παγκάλως γέ μοι δοκεῖ ἐναντιοῦσθαι· εὖ γὰρ ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικά πράγματα, πάλαι ἂν ἀπολώλη καὶ οὐτ' ἂν ὑμᾶς ὠφελήκη οὐδὲν οὐτ' ἂν ἐμαντόν. καὶ μοι μὴ ἀχθεσθε λέγοντι τάληθη· οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις ἀνθρώπων σώθησεται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλῳ πλήθει οὐδενὶ γνησίως ἐναντιούμενος

[ἀπολώλη—ὠφελήκη] Hanc plusquamperfecti formam Platoni sane frequentatam quoniam hic Bodl. a pr. m. offert et Ven. h. ultimae syllabae correctione prodit, non dubitavimus loco vulg. ἀπολώλειν et ὠφελήκειν recipere. cfr. ad c. VIII. in.

E. καὶ μοι μὴ ἀχθ. Herm. de con. καὶ μὴ μοι ἀχθ.

P. 32. τὸν τῷ ὄντι μαχοῦμενον] Articulum τὸν vulgo

pr. τὰ πολιτικά πράγματα] Addit nunc πράγματα, quia rem effert gravius. Est autem πράττειν τὰ πολιτικά πράγματα dictio non minus proba quam quod vulgo dictum est πράττειν τὰ πολιτικά: quanquam aliter visum est critico novitio, qui πράγματα eliminandum duxit. Gorg. p. 514. A. πράξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων.

πάλαι ἂν ἀπολ. — οὐτ' ἂν ὑμ. ὠφ. — οὐτ' ἂν ἐμαντόν] Ne quis scribendum putet οὐτ' ἂν ἐμαντόν, in disjunctione membrorum particulae ἂν repetitio est longe frequentissima. Phileb. p. 43. A. δῆλον δὲ τοῦτό γε, ὃ Σώκρατες, ὅς οὐτε ἡδονὴ γίγνοιτ' ἂν ἐν τῷ τοιοῦτῳ ποιεῖ, οὐτ' ἂν τις λύπη; ubi frustra οὐτ' ἂν τις λύπη conieci. Xenoph. Hier. V. 3. ἄνεν γὰρ τῆς πόλεως οὐτ' ἂν ὠφέσθαι δύναιτο οὐτ' ἂν εὐδαιμονεῖν, ubi recte Zeunius alterum ἂν ex Iunina restituit. Sophoc. Antig. v. 69. 185. 682. 896. Oed. Tyr. v. 1227. conf. ad Gorg. p. 475. E. Ceterum mireris Cobetum superiore illo πάλαι eiecto scribendum putasse: εἰ ἐγὼ ἐπεχείρησα κτλ. Quasi vero Socrates non hoc dicat: si dudum eo-

natus essem ad rem publicam accedere, etiam dudum periissem.

P. 32. καὶ εἰ μέλλει ὀλιχθ. Herm. ad Viger. p. 832. „Καὶ εἰ est etiam si: et καὶ refertur ad ipsam conditionem eamque indicat non certam esse: etiam tum, si. Quare καὶ εἰ usurpatur de re, quam sumi tantum a nobis ut veram indicamus; non de re, quam esse veram indicamus, ad quod exprimentum adhibetur εἰ καὶ, quanquam. Contra εἰ καὶ est etsi, et καὶ conditioni postpositum non ad εἰ refertur neque conditionem ipsam indicat incertam esse. Quare εἰ καὶ, quanquam, rem ita esse, ut dicitur, significat. Sed usurpatur etiam εἰ καὶ sic, ut non sit etsi, sed si etiam, id est, ut καὶ non cum εἰ, sed cum aliquo eorum vocabulorum, quae sequuntur, coniungi debeat. Idque ipsum Latini saepe per etiam si significant.“ Ex hoc praecepto explicanda sunt etiam quae Valckenar. ad Xenoph. Mem. IV. I. 1. Wolfius ad Sympos. p. 37. Gottlicherus ad Menex. §. 2. Heind. ad Gorg. p. 509. A. colligerunt, quo probarent καὶ εἰ et εἰ καὶ

καὶ διακωλύων πολλὰ ἄδικα καὶ παράνομα ἐν τῇ πόλει γίνεσθαι, ἀλλ' ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν τῷ ὄντι 32 μαχοῦμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, καὶ εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθῆσεσθαι, ιδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν.

Cap. XX. Μεγάλα δ' ἔγωγε ὑμῖν τεκμήρια παρέξομαι τούτων, οὐ λόγους, ἀλλ' ὃ ὑμεῖς τιμᾶτε, ἔργα. ἀκούσατε δὴ μου τὰ ἐμοὶ ξυμβεβηκότα, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι οὐδ' ἂν ἐνὶ ὑπεικάθοιμι παρὰ τὸ δίκαιον

neglectum debemus codd. optimis atque plurimis. Nec tamen e Bodl. enotatus est.

Cap. XX. ἀκούσατε δὴ μου τὰ ἐμοὶ ξυμβεβ. V. ἀκούσατε δὴ μοι τὰ ξ., quod e Bodl. Ven. b. Flor. h. Par. DST. mutatum. Mox vet. editt. ὑπείκοιμι, quod soli Flor. e Ven. E. habent.

dici promiscue. Omnino autem tenendum: καὶ εἰ semper habere gradationem, ut sit adeo si, ut h. l., ubi καὶ maxime ad ὀλίγον χρόνον pertinet, ita ut hoc dicatur: adeo tum, si breve tantum tempus salvus et incolumis futurus sit, εἰ καὶ autem ea gradatione carere atque simpliciter esse etsi, quanquam.

Cap. XX. οὐδ' ἂν ἐνὶ ὑπεικάθοιμι —] De verbis in ἀθεῖν, ὑθεῖν κ. τ. λ. exentibus disputarunt Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 87. Valckenar. in Epp. ed. Tittm. p. 156 sq. Hermann. ad Soph. Oed. Col. v. 1019. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 186. Buttmann. Gramm. Ampl. Vol. II. §. 112. 12. p. 61 sq. ed. 2., ubi etiam Lobeck. suum exprimit de iis iudicium. Sed hi omnes de una maxime eorum analogia quaesiverunt: longius processit Im. Herrmannus Prof. Erfordiensis celeberrimus, qui in Progr. De verbis Graecorum in ἀθεῖν, εθεῖν et ὑθεῖν exentibus. Erfordiae, 1832. 4. etiam vim et potestatem eorum exploravit. Quod quidem ita fecit vir doctissimus,

ut nobis quidem sententiam suam plane probaverit. Docuit autem argumentis certissimis primum hoc, falsam esse sententiam Elmsleii ad Med. v. 186. et ad Soph. Oed. Col. v. 1015. contententis verba: ἀμυνάθειν, διωκάθειν, ἐικάθειν, ἐλυγάθειν, in aoristis esse numeranda ideoque in ultima infinitivi syllaba circumflexu notanda; haec enim verba esse potius praesentia athlypotacta, nec pro aoristis usquam usurpari solere. Praeterea vero etiam demonstravit vim et potestatem illorum aliquantum differre a significatione verborum primitivorum, quandoquidem semper denotent actionis quandam intentionem, vel in diuturnitate vel in perpetuitate vel in virium contentione aliqua conspicuam. Ex quo perspicuum fit esse ea utique intensiva. Confirmatur res exemplis Platonicis planissime. Veluti hoc loco recte priore loco ὑπεικάθοιμι scriptum est, quoniam Socrates graviter significat consiliorum suorum pertinaciam, qua ita futurum sit, ut nemini cuiquam concedat; quod secus est in consequentibus, ubi recte μὴ ὑπέικων dicitur. Gorg. p. 483. Ai. οὐ τὸν νόμον ἐδιώκαθες est:

δείσας θάνατον, μὴ ὑπέκων δὲ ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην. ἐρῶ δὲ ὑμῖν φορτικά μὲν καὶ δίκαινα, ἀληθῆ δέ. Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἄλλην B μὲν ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἤρξα ἐν τῇ πόλει, ἐβού-

ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην] Sic optimi codd. Sed ἅμα καὶ ἀπολοίμην Vind. 2. 3. Flor. b. e. i. Coisl. Angel. Ven. AE. Par. E. H. et pr. Ven. 6. Par. B. alii etiam καὶ omittunt. v. explicatt. Hermann. nuper edidit: ὑπ. δὲ ἅμ' ἂν καὶ ἀπολ.

B. ὦ ἄνδρες Ἀθ.] Bodl. Ven. b. Vind. b. 1. 4. Flor. d. g.

legem urgebas, quo designatur studii contentio. Euthyphr. p. 15. D: ἄνδρα προσβύτην πᾶντα διωκᾶσθαι φόνου aptissime dicitur de eo, qui cupide et pertinaciter patri intendit actionem, qualis homo ibi describitur. De Rep. II. p. 375. A. κλαφρὸν πρὸς τὸ ἀποθνήσκον διωκᾶσθαι, ubi male vulgo διώκειν. Ad hunc locum conferas Soph. Oed. T. v. 659. Oed. Col. v. 1174. 1324. Antig. v. 1108. 1114. El. v. 1020. Trach. v. 1193, quibus locis εἰκάσθαι reperitur, et Oed. Col. v. 1330, ubi exstat παρικόσθαι. Electr. v. 363, quo loco item legitur ὑπεκᾶσθαι. — Deinde Fischerus rectissime defendit vulgatum: μὴ ὑπέκων δὲ ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην, sic, ut prius ἅμα dicat pertinere ad ὑπέκων, alterum vero ad ἀπολοίμην. Quocirca ἅμα recte censet geminatum esse, ut in illis: ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον et quae sunt similia, de quibus v. intpp. ad Viger. VII. 2, 7., et Xenoph. Cyr. III. 1, 15: ὅρα, μὴ ἅμα τε εὐποιήσης καὶ ἅμα οὐ φθλον νομίωσιν. Nimirum Socrates significat, sese statim ut non obtemperaverit voluntati Atheniensium, protenus etiam esse interiturum, h. e. idem tempus fore sui interitus, quo illis non sit morigeraturus. Hoc qui non satis perspexerunt critici, si locum temere sollicitaverunt.

φορτικά μὲν καὶ δίκαινα-

κά] Φορτικά sunt gravia et molesta; deinde arroganter dicta, ut quae fere aliis molesta sunt. Hesychius: φορτικά τὰ γέλοια. — Δίκαινός est dicentarius, ut Gloss. vett. interpretantur, causidicus. Quoniam vero causidici rem augere, exornare, etiam insolenter dicere solent, hinc factum est, ut δίκαινα dicerentur argute et callide exornata, auribus gravia, insolentia, ut Theaet. p. 128. E. Lucian. Somn. 17. ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ δίκαινόν. Vulgo vertunt forensia, iudiciaria: sine sensu. Praeter rectam rationem Hermannus de coniectura sua scripsit καὶ οὐ δίκαινα.

B. ἀρχὴν οὐδεμίαν — ἤρξα] h. l. nullum unquam magistratum gessi. — Deinde βουλευεῖν significat esse de senatu quingentorum, ut saepe alias. Ex his quingentis legebantur quinquageni, qui senatui per XXXV. dies praeesent: qui quidem dicti sunt πρυτάνεις. Ex horum autem numero rursus singulis hebdomadibus decemviri sorte legebantur, qui praesiderent senatui. Hi dicebantur πρόεδροι, eorumque princeps vel ἐπιστάτης vel ἐπιστάτης τῶν προέδρων, ut ap. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 380. T. II., vel ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ, ut Xenoph. Mem. I. 1, 18., vel ἐπιστάτης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ut Memor. IV. 4, 2.

λευσα δέ· καὶ ἐτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχίς πρυτανεύουσα, ὅτε ὑμεῖς τοὺς δέκα στρατηγούς τοὺς οὐκ ἀνελομένους τοὺς ἐκ τῆς ναυμαχίας ἐβούλεσθε ἀθρόους κρῖνειν, παρανόμως, ὡς ἐν τῷ ὑστέρω χρόνῳ

h. om. voc. ἄνδρες, ut mox p. 33. C. p. 34. D. p. 36. B. p. 37. A. Sed ea omissio ex scripturae compendio orta est, de quo v. Commentar. critt. ad Opera Plat. ed. Lips. Vol. XI. p. 33.

ἐβούλεσθε] V. ἐβουλεύσαθε, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. emendatum.

v. Schoemannus de Comitibus Atheniensium cap. VII. Et Socrates quidem tum fuit ἐπιστάτης tribus suae, Antiochidos, quum ageretur de praetoribus publice puniendis. In quo munere quo modo se gesserit, memoriae proditum est a Xenophonte Hellen. I. 7, 14. 15. 38. — Intelliguntur autem decem praetores (tot enim bello coorto creabantur, qui Lacedaemonios ad Arginusas insulas a. 404. a. Chr. Olymp. 93. 5. pugna navali vicerunt. Qui quidem quum ipsi caesos sepeliri non curassent, sed reliquissent ταξίαρχας, qui eos sepelirent, publice accusati et capitis condemnati sunt. v. Xenoph. II. cc. Lysias c. Eratosth. p. 72. ed. Brem. Plat. Men. p. 243. C. Diodor. Sic. XIII. 76 sqq. et 97 sqq. Ceterum num omnes morte multati perierint, de eo v. Valckenar. ad Xenoph. Mem. I. 1, 18. p. 316. ed. Schneid. — ἀναιρεῖσθαι, corpora mortuorum tollere, ut sepeliantur, ut saepe. — τοὺς ἐκ ναυμαχίας dictum est pro τοὺς ἐν ναυμαχία. Nam in formulis ex articulo et nominibus, quibus praeposito aliqua praemissa est, compositis ea ponitur praepositio, quam poni iubet ingenium et natura verborum, quae formulis illis addita sunt. Quae sunt verba Fischeri ad Phaedon. c. 22. p. 76. D., ubi vide quae ipsi monuimus.

ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχίς] Exspectabas ἡ Ἀντιοχίς, articulo iterato, quemadmodum corrigi voluit Schaefer. ad Demosth. Appar. T. II. p. 386. Sed mutationem dissuadent talia. Menon. p. 70. B. οἱ τοῦ σοῦ ἐταίρου Ἀριστάρκου πολῖται Λαρισσαῖοι. Phaedon. p. 57. A. τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδέεις, in quibus item nomen proprium sine articulo adiicitur. Cave autem glossema esse putes, quoniam quae tribus ea fuerit, iudicibus non potuerit esse incognitum. Nimirum Plato hoc legentes, non audientes, docere voluit. v. ad p. 23. E. Quamquam nec haec intacta reliquerunt critici, qui nuper in Platone ubique glossemata odorari coeperunt.

ἀθρόους κρῖνειν] h. e. de omnibus simul sententias ferre. μὴ ψήφῳ (v. Memor. I. 1, 18.), quum leges iuberent de singulis seorsum, κρῖνειν ἕνα ἕνα, ut ait Xenophon. Hellen. I. extr. v. Schoemannus l. c. p. 205. Itaque additur: παρανόμως, i. e. παρὰ τοὺς νόμους, ut loquitur Xenoph. Mem. I. 1, 18. IV. 1, 2. Est autem adverbium per se seorsum accipiendum, iudicium significans de superioribus; unde recte interpunctio sciungitur. Sic εἰκότως, δικαίως, ἀδίκως, de quibus v. ad Lachet. p. 183. B. Legg. XII. 948. B.

ὡς ἐν τ. ὑστ. χρ. — ἐδοξε] Xenoph. Hellen. I. 7, 12. καὶ

πᾶσιν ὑμῖν ἔδοξε. τότε ἐγὼ μόνος τῶν πρυτάνων ἠναντιώθημι ὑμῖν μηδὲν ποιεῖν παρὰ τοὺς νόμους, καὶ ἐναντία ἐψηφισάμην· καὶ ἐτοιμῶν ὄντων ἐνδεικνύμαι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων, καὶ ὑμῶν κελυόντων καὶ βοώντων, μετὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ δικαίου ᾧμι μᾶλλον με δεῖν διακινδυνεύειν ἢ μεθ' ὑμῶν γενέσθαι μὴ δίκαια βουλευομένων, φοβηθέντα δεσμὸν ἢ θάνατον. καὶ ταῦτα μὲν ἦν ἔτι δημοκρατουμένης τῆς πόλεως. Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχία ἐγένετο,

καὶ ἀπάγειν τῶν ῥ.] ὑπάγειν, quod e Bodl. Vat. a. b. sex Vindob. Florentinis omnibus, aliis plurimis correctum. v. annot. Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχ.] Heind. coni. δὲ ἢ ὀλιγαρχία. Non opus.

D. θανάτων μὲν μέλει] Sic Bodl. Ven. b. et meliores omnes pro vulg. μὲν θ. μ. Dein Bekker. ἦν cum Par. E. dele-

οὐ πολλῶ χρόνῳ ὑστερον μετ᾽ ἐμε τοῖς Ἀθηναίοις.

ἠναντιώθημι] Noluit enim populum in suffragia mittere. v. Xenoph. Mem. IV. 4, 2. Hellen. 1. 7, 9—16. Quod ipsum etiam clarius significatur verbis his: καὶ ἐναντία ἐψηφισάμην, quae Hermann. tanquam ineptum interpretamentum damnavit.

ἐτοιμῶν ὄντων — τῶν ῥητόρων] Verba ἐνδεικνύμαι et ἀπάγειν significant aliquem in aliquo facinore deprehensum ad magistratus continuo deferre (ἐνδεικνύμαι) et abducere (ἀπάγειν), quo puniatur: quae quidem actio ἐνδείξις dicta est et ἀπαγωγή. Quomodo altera ab altera differat, disputatur in opere Schoemanni et Meieri: der Attische Process p. 224 sqq. Ceterum legendum esse ἀπάγειν pro vulg. ὑπάγειν, quod defendere conatus est Fischerus, docent ii loci, in quibus ἐνδείξις et ἀπαγωγή coniunguntur. Demosthen. adv. Leptin. p. 504. 24 ed. Reisk.: εἴνα δὲ καὶ ἐνδείξις καὶ ἀπαγάς. Contra Timocrat. p. 745. οὐδ' ὅσον ἐνδείξις ἐστὶ τι ἢ ἀπα-

γωγή, προσεγγράμει' ἐν ἐν τοῖς νόμοις, τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ ἑνδεκα ἐν τῷ ἔργῳ Adv. Theocrin. p. 1325. 9. ἐάν τις ποιῇ τὰ τῶν συκοφαντιούτων, ἐνδείξιν αὐτῶν εἶναι καὶ ἀπαγωγήν. Πῆτορες sunt oratores, qui, etsi non gerebant magistratum, tamen, quia populi libidinibus inserviebant, et poterant plurimum et omnia audebant. v. Hermann. Antiquitat. publ. §. 171. coll. §. 129. et supra ad p. 23. E.

C. οἱ τριάκοντα — μεταπεμφόμενοι με πέμπτον αὐτόν] Nam victis Atheniensibus a Lysandro ad Aegos flumen et occupata urbe a I. Olymp. 94. constituti ab eo sunt triginta tyranni, qui vocantur nunc οἱ τριάκοντα, ut h. l. et ap. Xenoph. Mem. IV, 4, 3., nunc τριάκοντα πάντων ἄρχοντες ἀποκράτορες, ut ap. Platon. ep. VII, nunc οἱ περὶ Κριτίαν, ut ap. Laërt. II. 24. Reliquorum nomina sunt ap. Xen. Histor. VI. 3, 2. Fischerus. — πέμπτον αὐτόν, h. e. me cum quatuor aliis. Xen. Hellen. 2, 17. ἤγεθη — δέκατος αὐτός, h. e. ipse cum novem aliis. Thucyd. I. 46. πέμπτος

οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμφόμενοι με πέμπτον αὐτόν εἰς τὴν θόλον προσέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Ἀέοντα τὸν Σαλαμῖνιον, ἕν' ἀποθάνοι· οἷα δὲ καὶ ἄλλοις ἐκείνοι πολλοῖς πολλὰ προσέταττον, βουλόμενοι ὡς πλείστους ἀναπλήσαι αἰτιῶν. τότε μέντοι ἐγὼ οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ αὖ ἐνεδειξάμην, ὅτι ἐμοὶ θανάτου μὲν μέλει, εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, οὐδ' ὀτιοῦν, τοῦ δὲ μηδὲν ἀδίκον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. ἐμὲ γὰρ ἐκείνη ἡ

vit. Sed loquitur Socrates perinde ac si rem non enuntiaret, quam tamen enuntiat. Similiter Euthyd. p. 283. E. Quamquam alibi in talibus utique reticetur ἐστίν. Supra c. 18: εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν. Gorg. p. 486. C: εἰ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρησθαι. Ibid. p. 508. E: καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστίν.

αὐτός, ubi Schol. ἀντὶ τοῦ αὐτός μετ' ἄλλων τεσσάρων. Loquendi genus illustravit Dorvill. ad Charit. p. 262. ed. Lips. cf. Matth. §. 467. n. 8. Fuit autem in eorum numero etiam quidam Meletus, teste Andocid. De Myster. p. 46. ed. Reisk. Sed is Meletus diversus fuit ab eo, qui Socratem accusavit. De re Lysias adv. Agorat. p. 106. Brem. ἔστι μὲν γὰρ τοὺς ἐκ Σαλαμῖνος τῶν πολιτῶν κομισθέντας οἷοι ἦσαν καὶ ὄσοι, καὶ οἷον δλέθρον ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπόλοντο. Idem c. Eratosth. p. 77. δ δὲ — ἐλθὼν μετὰ τῶν συναρχόντων εἰς Σαλαμίνα καὶ Ἐλευσίνα δὲ τριακοσίους τῶν πολιτῶν ἀπήγαγεν εἰς τὸ δεσμοτήριον καὶ μὴ ψήφῳ αὐτῶν ἀπάντων θάνατον καταψηφίσαιτο. Xenoph. Hellen. II. 3, 39.

εἰς τὴν θόλον] Fuit θόλος aedificium publicum prope τὸ βουλευτήριον τῶν πεντακοσίων, auctore Pausan. I. 5., in quo prytanes quotidie epulabantur et sacrificabant, ita dictum a forma et figura testudinis, quam referebat. v. Harpocratio et Hesych. s. h. v. Tim. Gloss.

Plat. Opp. Vol. I. P. I.

p. 142. atque Pollux. On. VIII. 156. — Leon ille, patria quidem Salaminus, sed civitate Atheniensis, sua sponte in exilium abierat Salamina insulam, ne a tyrannis, divitiarum suarum avidis, occideretur. v. Xenoph. Hellen. II. 3, 39. Mem. IV. 4, 3. Diog. V. H. III. 17. Laërt. II. 24. Aelian.

ἀναπλήσαι αἰτιῶν] h. e. commaculare culpa et criminibus; videlicet ut quam plurimi cives libertatem prodidisse viderentur societate cum tyrannis inita. De qua re v. Xenoph. Hellen. II. 4, 23. Mem. I. 2, 32. Aeschines p. 628. Isoer. adv. Coll. §. 8. De verbo ἀναμιγλάναι polluendi maculandique significatione posito v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 30.

ἐνεδειξάμην] demonstra- vi, luculento exemplo probavi, ut p. 23. A. Gorg. p. 493. B. al. Aliud quid foret ἐνεδειξάμην, quod nuperus editor publicare non dubitavit in- vitis codd. omnibus.

D. τὸ πᾶν μέλει] h. e. omnino, omnibus modis

ἀρχὴ οὐκ ἐξέπληξεν οὕτως ἰσχυρὰ οὔσα, ὥστε ἄδικόν τι ἐργάσασθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς θόλου ἐξήλθομεν, οἱ μὲν τέτταρες ᾗχοντο εἰς Σαλαμίνα καὶ ἤγαγον Λέοντα, ἐγὼ δὲ ᾠχόμεν ἀπιὼν οἴκαδε. καὶ ἴσως ἂν διὰ ταῦτ' ἀπέθανον, εἰ μὴ ἡ ἀρχὴ διὰ ταχέων κατέλυθη. καὶ τούτων ὑμῖν ἔσονται πολλοὶ μάρτυρες.

Cap. XXI. Ἄρ' οὖν ἂν με οἴεσθε τοσάδε ἔτη διαγενέσθαι, εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια, καὶ πράττων ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἐβοήθουν τοῖς δικαίοις καί, ὡςπερ χορῆ, τοῦτο περὶ πλείστου ἐποιούμην; πολλοῦ γε δεῖ, ὡ ἀνδρες Ἀθηναῖοι· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς. ἀλλ' ἐγὼ διὰ παντὸς τοῦ βίου δημοσίᾳ τε εἰ ποῦ τι ἔπραξα, τοιοῦτος φανοῦμαι, καὶ

Cap. XXI. E. Ἄρ' οὖν ἂν με οἴεσθε] ἂν, vulgo omis- sum, e Bodl. Ven. Z. b. Coisl. Vat. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. c. g. h. Par. DST. restitutum.

P. 33. οὐς οἱ διαβάλλοντες] V. οὐς δὲ οἱ δ. Sed δὲ om. Bodl. Ven. b. Parr. DST. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. In Ven. b. Flor. h. aliis est οὐς διαβάλλοντες.

ἐπιθυμεῖ ἀκούειν] Sic Bodl. Coisl. Ven. a. b. Par. ABCDEST. sex Vindobbb. Flor. a. b. e. g. h. Zitt. Vulgo ἐπι-

mihī curae est. Ita Legg. XII. p. 959. A. τὸ πᾶν διαφύρουσαν. Xenoph. Cyrop. I, 6, 13. τὸ πᾶν διαφύρει. — ἐκπλήττειν, percellere et movere aliquem ita, ut quasi extra se rapiatur. v. Thom. Mag. p. 186 ibique intt. et Lex. Xenophont. s. h. v. — ἐκίνη ἢ ἀρχή, sc. ἡ τῶν τριάκοντα.

ᾠχόμεν ἀπιὼν οἴκαδε] h. e. continuo abii. v. Dorvill. ad Charit. p. 297. Matth. §. 559. c. Mox Hermann. de coniectura scripsit: καὶ τούτων ἡμῶν ἔσ. Atqui non indices nunc testes citantur, sed iis affirmatur multos ipsis huius rei testes futuros esse. Id quod rei ipsi sanequam est convenientius. — Quod vero ἡ ἀρχὴ dicitur διὰ ταχέων καταλυθῆναι, Thrasybulus Olymp. 94. l. patriam a triginta tyrannis libera-

vit, quorum imperium fere octo menses duraverat. v. Corn. Nep. Thrasyb. c. I.

Cap. XXI. E. εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια — ἐποιούμην] Quum praecedat aoristus διαγενέσθαι ἂν, nemo non exspectabat εἰ ἔπραξα — ἐποιούμην. Sed recte ponit imperfectum, quum non solum de praeterito tempore, sed etiam de duranti praeteriti temporis actione cogitet. Vult enim significare se usque rempublicam non attigisse, ita ut publice iustitiae nunquam sit opitulatus. Plane eodem modo Germani: „Glaubt ihr wohl, dass ich so viele Jahre würde durchgebracht haben, wenn ich öffentliche Aemter verwaltete und bei ihrer Verwaltung dem Rechte beistand und dieses, wie sich gebührt, über alles hoch-

ιδίᾳ ὁ αὐτὸς οὔτος, οὐδενὶ πώποτε ξυγχορήσας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον οὔτε ἄλλῳ οὔτε τούτων οὐδενί, οὐς οἱ διαβάλλοντες μέ φασιν ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι. ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην· εἰ δὲ τίς μου λέγοντος καὶ τὰ ἐμαυτοῦ πράττοντος ἐπιθυμεῖ ἀκούειν, εἴτε νεώτερος εἴτε προσβύτερος, οὐδενὶ πώποτε ἐφθόνησα. οὐδὲ χρήματα μὲν λαμβάνων διαλέγομαι, μὴ λαμβάνων δ' οὐ, ἀλλ' ὁμοίως καὶ πλουσίων καὶ πένητι παρεῖχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν, καὶ ἂν τις βούληται ἀποκρινόμενος ἀκούειν ὧν ἂν λέγω. καὶ τούτων ἐγὼ, εἴτε τις χρηστὸς γίγνεται εἴτε μὴ, οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι, ὧν μῆτε ὑπεσχόμεν μηδενὶ μηδὲν πώποτε μαθήμα μῆτε ἐδίδαξα. εἰ δὲ τίς φησι

θυμοῖ, quod Bekk. servavit. Loquitur Socrates ita, ut ista omnia etiam ad praesens tempus referat; unde pergīt deinceps: οὐδὲ λαμβάνων διαλέγομαι. Paulo ante vulgo: τις ἐμοῦ λ. quod e Bodl. Vind. 1. 6. Par. D. S. T. mutavimus.

B. ἀκούειν ὧν ἂν λ.] Sic Bodl. Vat. Ven. a. b. Vindd. Florr., alii plurimi. Vett. editt. ἀκούει.

πώποτέ τι μαθεῖν] V. πώποτε ἢ μαθεῖν, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. emendatum.

schätzte?“ Atque eandem loquendi consuetudinem Latini quoque habuerunt, de qua explicarunt subtiliter Krüger: Untersuchungen über d. Lat. Sprache P. II. §. 90 sqq. Ellendt De formis enuntiat. conditional. ap. Latinos p. 41 sq. Ramshorn. Gr. Lat. Ampl. §. 193. 9. ed. sec. — τοῖς δικαίοις, iis, quae iusta sunt; iustitiae. οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλος ἀνθρ. οὐδέ τις] Intell. διεγένητο.

P. 33. τοιοῦτος φανοῦμαι] Pronomen τοιοῦτος explicatur deinde verbis: οὐδενὶ πώποτε ξυγχορήσας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον.

ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι] Intelligentur maxime Alcibiades et Critias, quorum vitia e Socratica disciplina orta esse ferebantur. v. Xenoph. Mem. I. 2, 12 sqq. itemque §. 16. et 39.

Aesch. in Tim. p. 287.

εἰ δὲ τίς — ἐπιθυμεῖ ἀκούειν] Vocat Socrates τὰ ἑαυτοῦ id, quod sibi ab Apolline imperatum esse dicitabat, ut hominum errores convinceret et castigaret, civesque suos ad virtutis studium cohortaretur. conf. p. 21. E. 23. A. sq. 28. E. 29. D. 30. E. 33. D.

χρήματα μὲν λαμβάνων] His verbis sophistae petuntur, de quorum avaritia dictum est ad c. IV. De Socrate nihil mercedis accipiente conf. p. 19. D.

B. παρεῖχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν] h. e. copiam facio et potestatem me interrogandi. — Proxima verba, καὶ ἂν τις βούληται ἀπ. ἀκούειν, sic explicanda sunt: καὶ παντί, ὅστις ἂν βούληται ἀκ. Nam ἂν τις dictum est urbanius pro ὅστις ἂν.

οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰ-

παρ' ἐμοῦ πώποτε τι μαθεῖν ἢ ἀκοῦσαι ἰδίᾳ ὃ τι μὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, εὖ ἴστε, ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγει.

Cap. XXII. Ἀλλὰ διὰ τί δή ποτε μετ' ἐμοῦ
C χαιρούσι τινες πολὺν χρόνον διατριβόντες; Ἀζηκόατε,
ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐγὼ
εἶπον· ὅτι ἀκούοντες χαιρούσιν ἐξεταζόμενοι τοῖς
οιομένοις μὲν εἶναι σοφοῖς, οὐσα δ' οὐ· ἐστὶ γὰρ οὐκ
ἀηδές. ἐμοὶ δὲ τοῦτο, ὡς ἐγὼ φημι, προστέτακται
ὑπὸ τοῦ θεοῦ πράττειν καὶ ἐκ μαντιῶν καὶ ἐξ ἐνυπ-
νίων καὶ παντὶ τρόπῳ, ὥπερ τίς ποτε καὶ ἄλλη θεία

Dein οἱ οντε ἄλλοι πάντες om. Bodl. Ven. b. pr. Vind. b. Par. D. S. T.

Cap. XXII. Ἀλλὰ διὰ τί δή ποτε] V. διὰ aberat, invitis codd. optimis atque plurimis.

C. ἐκ μαντιῶν] μαντιῶν Bodl. Par. D. S. T. Vind. 1. 4. 6. Mox πώποτε pro ποτε Vind. 6. Par. C. conf. p. 31. C. καὶ ἐδέλεγκτα] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Parr. D. S. T. Vett. editt. εὐδέλεγκτα.

ἔγωγε τῶν νέων] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. V. ἐγὼ τῶν νεωτέρων. Et νεωτέρων

τιαν ὑπέχοιμι] h. e. hoc recte mihi tribui non poterit. *Αλιαν ὑπέχειν* proprie sensu malo dicitur de eo, in quem culpa merito confertur. Deinde omnino est causam sustinere. *Τούτων* masculinum, cum τὴν αλιαν ὑπέχοιμι cohaeret.

Cap. XXII. C. ἐγὼ εἶπον. ὅτι ἀκούοντες —] Gravius post εἶπον distinximus. Nam quod sequitur ὅτι ἀκούοντες κ. τ. λ. non ex εἶπον pendet, sed aptum est ex verbis: χαιρούσι μετ' ἐμοῦ διατριβόντες, quae ex antecessibus repetenda sunt. Hoc enim Socrates dicit: omnem rei rationem ego vobis iam antea indicavi: faciunt hoc, quia gaudent audientes, quum explorantur et inscitiae coarguantur, qui se sapientes esse putant. Ita ὅτι ex remotiore pendet sententia Euthyphr. p. 3. B. μανθάνω, ὡ

Σώκρατες· ὅτι δὴ οὐ τὸ δαιμόνιον φῆς σαυτῷ ἐκείνῳ γίνεσθαι, ubi ὅτι cohaeret cum antecessibus: φησὶ σε ποιητὴν εἶναι θεῶν. De Rep. I. p. 332. A. μανθάνω, ἣν δ' ἐγὼ· ὅτι σοὶ τὰ ὀφειλόμενα ἀποδίδωμι, sc. ολείαι τοῦτο. Ibid. III. p. 402. E. μανθάνω, ἣν δ' ἐγὼ· ὅτι ἔστι σοὶ ἢ γέγονε παιδικὰ τοιαῦτα, ubi repetendum: ὑπομένειν ἐθέλεις. Ibid. p. 410. D. Ἐγωγε, φησὶ· ὅτι οἱ μὲν γυμναστικῆ ἀκράτω χρησάμενοι ἀγροῦται τοῦ δέοντος ἀποβαίνουσιν, ubi qui ad ὅτι nobiscum intellexerint ex antecessibus ἐννοῶ, ii locum sanissimum non iam amplius sollicitabunt; v. ibi ann. nostram edit. Goth. p. 237. Quibus locis omnibus recte videmus eo quo diximus modo refixisse interpunctionem, quum editt. perperam commate ante ὅτι distinguant. Ceterum in transcursu memorasse iuvabit commentum Hirschigii, qui au-

μοῖρα ἀνθρώπῳ καὶ ὅτι οὖν προσέταξε πράττειν. Ταῦτα, ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἀληθῆ ἐστὶ καὶ εὐδέλεγκτα. εἰ γὰρ δὴ ἔγωγε τῶν νέων τοὺς μὲν διαφθείρω, τοὺς D δὲ διέφθαρκα, χορὴν δήπου, εἴτε τινὲς αὐτῶν προσβύτεροι γενόμενοι ἔγνωσαν, ὅτι νέοις οὖσιν αὐτοῖς ἐγὼ κακὸν πώποτε τι ξυμβούλευσα, νυνὶ αὐτοὺς ἐναβαίνοντας ἐμοῦ κατηγορεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἠθέλον, τῶν οικείων τινὰς τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφούς καὶ ἄλλους τοὺς προσήκοντας, εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθουσαν αὐτῶν οἱ οικεῖοι, νῦν μεμνήσθαι. πάντως δὲ πάρεισιν αὐτῶν

servavit Bekk.

D. ἐμοῦ τι κακὸν ἐπ.] V. κακὸν τι, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Coisl. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. d. e. g. h. Par. DST. mutatum. Dein vett. editt. οἱ αὐτῶν οικεῖοι, quod item ex optimis omnibus mutavimus.

νῦν μεμνήσθαι] V. additur καὶ τιμωρεῖσθαι, quod glossema abest in Vind. 2. 3. Flor. a. b. c. e. i. Zitt. Par. BCEH. g. Coisl. Ang. Ven. A. Servarunt tamen Turicenses. Alibi est μνηστικῶν.

πολλοὶ ἐντιανθοῖ] Aliquot libri ἐνταῦθα. male.

dacissime scripsit: ἐξεταζόμενων τῶν οιομένων — σοφῶν — ὄντων δ' οὐ. Nam quis, inquit, ἀκούων unquam vidit cum dativo? Nimirum nec nos unquam vidimus. Sed cur, obsecro, bonus homo suum ipsius errorem protenus Platoni obtulit? Enimvero dativus non ex ἀκούοντες, sed ex χαιρούσι pendet, prorsus eodem modo, quo dativus personae huic verbo additus est. Hipp. mai. p. 285. extr.: ἐκείνῳ σοὶ χαιρούσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἄτε πολλὰ εἰδοῦσι. — οὐκ ἀηδές, h. e. res lepidissima et suavissima. Litotes ironiae eleganter attemperata.

τοῦτο — προστέτακται Intell. τὸ ἐξετάζειν.

καὶ ἐδέλεγκτα] Εὐδέλεγκτα dicuntur plerumque quae facile possunt refelli et convinci; quorum vanitas sine ullo negotio ostendi potest. Sed h. l. intelliguntur

ea, quae facile possunt explorari, utrum vera sint necne. Etenim ἐλέγειν non solum significat redarguere, convincere, sed etiam explorare, examinare, videlicet eo consilio, ut alterum erroris convincas. Non male igitur Serranus: quae redargui possint, si non vera sint.

D. εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἠθέλον] Male Fischerus εἰ γε μὴ scripsit; male item Hirschig. pro εἴτε τινὲς dedit εἴπερ τινὲς. Nam εἰ δὲ eodem modo post εἴτε infertur, quo simplex δὲ post τὲ atque οὐδέ post οὔτε subiicitur, de qua loquendi forma v. ad cap. IV in. Infra c. 32: καὶ εἴτε δὴ μηδεμίαν οὐσθησὶς ἐστιν — εἰ δ' αὖ οἶον ἀποδηῆσαι.

πάρεισιν — ἐντιανθοῖ] Hesychius: ἐντιανθοῖ ἐνταῦθα. Noli credere. Etenim quem-

πολλοὶ ἐνταυθοῖ, οὓς ἐγὼ ὄρω, πρῶτον μὲν Κριτων οὐτοσί, ἐμὸς ἡλικιώτης καὶ δημότης, Κριτοβούλου
 Ε τοῦδε πατὴρ· ἔπειτα Λυσανίας ὁ Σφήττιος, Αἰσχίνου τοῦδε πατὴρ· ἔτι Ἀντιφῶν ὁ Κηφισιεύς οὐτοσί, Ἐπιγένους πατὴρ. ἄλλοι τοίνυν οὗτοι, ὧν οἱ ἀδελφοὶ ἐν ταύτῃ τῇ διατριβῇ γεγόνασι, Νικόστρατος, ὁ Θεοδοτίδου, ἀδελφὸς Θεοδότου — καὶ ὁ μὲν τετελεῦτηκεν, ὥστε οὐκ ἂν ἐκεῖνός γε αὐτοῦ καταδηθῆιη —, καὶ

E. Αἰσχίνου τοῦδε πατὴρ] V. τοῦτου, invitis Ven. b. Par. DST. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. h. et Bodl. corr. ἔτι Ἀντιφῶν ὁ Κηφ.] V. ἔτι δ' Ἀντ. quod miror Bekkerum servavisse, quum Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. aliud quid suadeant.
 Νικόστρ. ὁ Θεοδοτίδου] Steph. ὁ Ζωτίδου, ut est in Par. BC. marg. Bodl. Ven. b. Par. DST. Ven. 1. 6. Flor. g. h. Θεοζωτίδου quod Winckelm. restituendum censet etiam Demosth. in Midiam §. 59. Fuit etiam qui Θεοζότου mallet.

admodum παρῆναι εἰς τινα τόπον non simpliciter dicitur pro παρῆναι ἐν τινι τόπῳ, sed potius sic usurpatur, ut duae sententiae in unam quasi confusae et conflatae putandae sint, h. e. ut significet in aliquem locum venisse ibique versari; ita ne ἐνταυθοῖ quidem simpliciter pro ἐνταῦθα usurpatum est, sed παρῆναι ἐνταυθοῖ significat huc venisse ibique praesentem esse. Exempla huius loquendi formae suppeditabunt Valcken. ad Herodot. 1. 21. intpp. ad Phaedon. p. 57. A. Protagor. p. 310. A. De ἐνταυθοῖ diximus nuper explicatius ad Phil. p. 15. A.

Κριτων οὐτοσί] Crito est is, cuius nomine inscriptus est nobilis ille Platonis dialogus, ad quem plura de eo annotabimus. Dicitur Socratis ἡλικιώτης s. aequalis, et δημότης, h. e. ex eodem pago oriundus, qui vocatur Ἀλωπεκή. v. Harpocratio, Hesyclus et Stephanus Byzant. in Ἀλωπεκή.

E. Λυσανίας] Lysanias, Aeschinis Socratici pater, dici-

tur ὁ Σφήττιος, a δήμῳ Σφήτῳ, qui fuit δήμος φυλῆς Ἀκαμαντίδος. v. Harpocrat. Hesyclus. Stephan. h. v. De Aeschine Socratico v. Diogen. L. II. 66 sqq. et quae de eo collegit Fischerus Praef. ad Aesch. Dialog. tres. Lips. 1786. — Antiphon vocatur Κηφισιεύς, e δήμῳ Κηφισῶν, qui fuit φυλῆς Ἐρεχθίδος v. Harpocrat. in Κηφισιεύς. Neque vero confundendus est cum Antiphonte Rhamnusio, de quo docta exstat Dav. Ruhkenii disputatio. — Epigenes ap. Xenoph. Mem. IV. 12. cum Socrate de neglecto corporis cultu disputat.

ἄλλοι τοίνυν οὗτοι —] Adhaec Heindorfius: „Male ζῶνδετος est oratio neque commodum est h. l. istud τοίνυν, igitur, ut depravata haec verba videantur, sic fortasse corrigenda: ἄλλοι τε ἐνταυθοῖ.“ Non debebat haerere vir eximius. Sexcenties enim τοίνυν, ut Lat. iam vero, non συλλογιστικῶς, sed μεταβατικῶς ponitur. v. ad Remp. VIII. p. 555. et X. p. 603. B. Protag. p. 319.

Πάραλος ὅδε, ὁ Δημοδόκου, οὗ ἦν Θεάγης ἀδελφός· ὅδε τε Ἀδείμαντος, ὁ Ἀρίστωνος, οὗ ἀδελφὸς οὐτοσί 34
 Πλάτων, καὶ Διαντόδωρος, οὗ Ἀπολλόδωρος ὅδε ἀδελφός. καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐγὼ ἔχω ὑμῖν εἰπεῖν, ὧν τινα ἐχοῖν μάλιστα μὲν ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ παρασχέσθαι Μέλητον μάρτυρα· εἰ δὲ τότε ἐπελάθετο, νῦν παρασχέσθω, ἐγὼ παραχωρῶ, καὶ λεγέτω, εἴ τι ἔχει τοιοῦτον. ἀλλὰ τοῦτου πᾶν τὸνναντίον εὐρήσετε,

P. 34. ὅδε τε Ἀδείμαντος] V. δέ, quod e Bas. 2. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. a. Par. BC. mutatum.
 Διαντόδωρος] Ald. Bas. 1. Steph. Διαντίδωρος, invitis codd. plerisque omnibus. Dein vett. editt. οὗ Ἀπολλόδωρος ὁ ἀδελφός, quod boni omnes aspernantur.
 ἐγὼ ἔχω ὑμῖν εἰπεῖν] V. ἔγωγε ἔχω, praeter fidem Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. Flor. d. g. h. Par. DST.
 λόγῳ παρασχέσθαι] Sic Bodl. Coisl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo παρέχεσθαι.

D. Potuit vero τοίνυν hic tanto rectius poni, quod Socrates, posteaquam patres nonnullorum discipulorum suorum praesentes nominavit, deinceps etiam fratres et cognatos quosdam recenset, ut ipse antea indicavit.
 Νικόστρατος] De hoc et de Theodoto nihil memoriae traditum est, quantum nos quidem sciamus. De Demodoco, Theagis patre, v. Theagem p. 127. E. De Paralo, qui non confundendus est cum cognomine Periclis filio, nihil usquam legimus — Adimantus intelligitur Platonis frater, qui in libris de republica loquens inducitur, vid. libr. II. p. 357 — 368. VIII. p. 548. D. E. al. — Aeantodori alibi mentionem factam esse non meminimus. — Apollodorum autem novimus hominem fuisse Socrati longe deditissimum. v. Phaedon. p. 59. A. p. 117. D. Sympos. p. 172. A. 173. D. E. Xenoph. Mem. III. 11, 17. Ceterum καταδεισθαι est aliquem precibus vincere ac commovere. Nam sententia haec est:

non potest Theodotus Nicostratum fratrem rogare, ne me accuset et contra me testetur.

P. 34. μάλιστα μὲν — εἰ δὲ τότε ἐπελάθετο] Frequens est istud μάλιστα μὲν — εἰ δὲ et εἰ δὲ μή, vel etiam μάλιστα μὲν — δέ. v. ad Euthydem. p. 304. A. ubi quae adscripsimus, iis nunc accedant Reip. VIII. p. 564. B. μάλιστα μὲν ὅπως μὴ ἐγγένησθον, ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως οὐ τάχιστα — ἐκτειμήσθον. Sophist. p. 246. C. μάλιστα μὲν, εἴ πῃ δυνατὸν ἦν, ἐργῶ βελτίους, εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγγωρεῖ, κ. τ. λ. Legg. VIII. p. 830. D. 835. B. IX. p. 853. E. 938. A.

ἐγὼ παραχωρῶ] h. e. per me ei hoc licet. Videlicet non licebat reum se defendentem interpellare et tempus ad defensionem ei concessum atque clepsydra definitum alienis rebus conterere. Fiebat tamen interdum, ut qui causam suam perorabant, si etiam adversarios iuberent inter suam orationem

ὦ ἄνδρες, πάντας ἐμοὶ βοηθεῖν ἐτοιμοὺς τῶ διαφθείροντι, τῶ κατὰ ἐργαζομένῳ τοὺς οἰκείους αὐτῶν, ὡς
 B φρασι Μέλητος καὶ Ἄνυτος. αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ διεφθαρμένοι τάχ' ἂν λόγον ἔχοιεν βοηθοῦντες· οἱ δὲ ἀδιάφθαρτοι, πρεσβύτεροι ἤδη ἄνδρες, οἱ τούτων προσήκοντες, τίνα ἄλλον ἔχουσι λόγον βοηθοῦντες ἐμοὶ ἄλλ' ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον, ὅτι ξυνίσασι
 Μελήτῳ μὲν ψευδομένῳ, ἐμοὶ δὲ ἀληθεύοντι;

Cap. XXIII. Εἶεν δὴ, ὦ ἄνδρες· ἂ μὲν ἐγὼ

B. Στι ξυνίσασι] Sic cum Bas. 2. scriptum exhibent Bodl. Ven. b. Vat. Vind. b. Flor. g. h. Par. ST. et marg. Flor. a. c. Vulg. ὅν ἔ. quod tenuit Bekker.

ἐμοὶ δὲ ἀληθεύοντι] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. l. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST. Vett. editt. ἐμοὶ δὲ ἀληθῆ λέγοντι, quod fluxit ex interpretatione.

Cap. XXIII. σχεδόν ἐστι ταῦτα] V. σχεδόν τί ἐστι, invitis optimis plurimisque mss.

afferre, quae ad rem praesentem opus essent. Quorsum pertinent formulae apud oratores frequentissimae ἐν τῶ ἔμῳ ἔδατι ἐλάττω, ἐπὶ τοῦ ἔμου ἔδατος μαρτυρησάτω, al. v. Meier. et Schömann. Process. Att. p. 713 sqq.

τῶ διαφθείροντι —] Notabis hanc appositionem, quae ironiam dicentis indicat. Criton. p. 51. A. καὶ σύ — φήσεις ταῦτα ποίων δίκαιον πράττειν, ὃ τῆ ἀληθείᾳ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελούμενος; Euthyphr. p. 3. A. Μέλητος ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐκαυθαίρει τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστια διαφθαίροντας, ὡς φησι. Hipp. mai. p. 285. B. Hipp. min. p. 369. E. Plura dabit Valken. ad Phoeniss. p. 572.

B. λόγον ἔχοιεν βοηθοῦντες] h. e. haberent quod sequerentur in me defendendo: videlicet ne viderentur temere usi esse consuetudine hominis impii et perditii, ipsique improbi haberentur. οἱ τούτων προσήκοντες] Participium instar substantivi

cum genitivo iunctum, de qua ratione dixerunt Lobeck. ad Aiac. v. 358. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 139. Sic Legg. IX. p. 868. C. οἱ προσήκοντες τοῦ τελευτήσαντος, ubi B. antecedit οἱ προσήκοντες τῷ τελευτήσαντι. Thucyd. I. 128. βασιλέως προσήκοντες τινες,

ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον] Formulam ἀλλ' ἢ fere praecedente negatione poni atque significare nisi, dudum observatum est a grammaticis. v. Berglerus ad Aristophan. Equitt. v. 777. De causis et origine huius significationis acute disputavit Herm. ad Viger. p. 812. Klotz. ad Devar. p. 31 sqq. Mili quid de hac re videatur, exposui ad Phaedon. p. 81. B. sect. XXX. Loquutionem: ξυνειδέναι τι τι ποιοῦντι, aliquid de aliquo scire, illustravimus ad Phaedon. p. 92. D. et Symp. p. 196. E.

Cap. XXIII. τάχα δ' ἂν τις ἀγανακτήσειεν] Institut nunc Socrates rationem reddere iudicibus constantiae et gravi-

ἔχοιμ' ἂν ἀπολογεῖσθαι, σχεδόν ἐστι ταῦτα καὶ ἄλλα ἴσως τοιαῦτα. Τάχα δ' ἂν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν ἀναμνησθεῖς ἑαυτοῦ, εἰ ὁ μὲν καὶ ἐλάττω τουτοῦ C τοῦ ἀγῶνος ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος ἐδεήθη τε καὶ ἐκέτευσσε τοὺς δικαστὰς μετὰ πολλῶν δακρύων, παιδία τε αὐτοῦ ἀναβιβασάμενος, ἵνα ὁ τι μάλιστα ἐλεθθεῖη, καὶ ἄλλους τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολλούς, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα τούτων ποιήσω, καὶ ταῦτα κινδυνεύων, ὡς ἂν δόξαιμι, τὸν ἔσχατον κίνδυνον. τάχ'

B. ἐδεήθη τε καὶ ἐκέτευσσε] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Par. BCDHST. Ang. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. cum Bas. 2. Vulgo δεδήχθαι τε x. ἐκ. quod frustra defendit Schaeferus ad Demosth. Appar. T. II. p. 652.

παιδία τε αὐτοῦ] Steph. αὐτοῦ scripsit, quod in hac narratione non est necessarium. Mox τάχ' οὖν τις Bodl. Ven. b. Par. DST. et τάχ' οὖν ἂν τις Vind. b.

καὶ φίλων πολλούς] V. καὶ φίλους πολλούς, invitis optimis plurimisque codicibus.

tatis suae, ostenditque, cur nihil aliorum exemplo facere velit ad movendam eorum misericordiam. Censet enim primo illud indignum esse existimatione ea, qua apud homines floreat; deinde etiam legibus publicis adversari. — ἀπολογεῖσθαι, mei defendendi causa afferre possim; nam ita dicitur ἀπολογεῖσθαι τι.

C. ἐλάττω — ἀγῶνα ἀγανακτίζόμενος] h. e. causam agens minus periculosam. Sic Euthyphr. p. 3. E. ἀγωνεῖσθαι δίκην, ubi vide quae annotavi. — Produxisse autem reos Athenis in iudicium ad commovendam misericordiam liberos, filios et filias, etiam uxores. intelligitur ex Aristoph. Plut. v. 383. s. Vesp. v. 566 sq. Fischerus. Docent etiam luculentius plurimi loci oratorum, Demosthenis, Lysiae, Andocidis, de quibus v. Meier. et Schömann. Process. Att. p. 719 sqq. Et fuit res etiam publicis legibus interdicta, de quo v. Xenoph. Mem. IV. 4, 4:

κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ νόμου. Quint. IV. 1, 7. De ἀναβιβασάμενος v. ad p. 17. E.

ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα τ. π.] ego vero, sicuti expectari debuit (ἄρα), nihil istorum faciam. Quo indicatur contrarium fieri praeter expectationem pro ratione eorum, quae ex prioribus colligere liceat. Exempla collegit Heindorf. ad Phaed. p. 68. A., quibus accedant haec: Criton. c. 12. ἢ πρὸς μὲν ἄρα σοὶ τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον καὶ πρὸς δεσπότην, εἴ σοι ἂν ἐτύγχανεν, ὥστε ἔπει πάσχοις ταῦτα καὶ ἀντιποιεῖν — πρὸς δὲ τὴν πατέρα ἄρα καὶ τοὺς νόμους ἐξέεται σοι; cf. ibidem p. 46. D. et p. 51. A. De republ. X. p. 600. D. ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα — καὶ Πηρόδικος — ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται — Ὅμηρον δὲ ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου — ἢ Ἡρόδοτον ἄφωδεν ἂν περιούνας εἶων; coll. ibid. IV. p. 445. A. Infra p. 37. D. πολλὴ μὲν' ἂν με φιλοψυχία ἔχοι, εἰ οὕτως ἀλόγιατός

ἀν οὖν τις ταῦτα ἐννοήσας ἀθαδέστερον ἂν πρὸς
 με σχοίη, καὶ ὀργισθεὶς αὐτοῖς τούτοις θεῖτο ἂν μετ'
 D ὀργῆς τὴν ψῆφον. εἰ δὴ τις ὑμῶν οὕτως ἔχει, οὐκ
 ἀξιῶ μὲν γὰρ ἔγωγε, εἰ δ' οὖν, ἐπεικῆ ἂν μοι δοκῶ
 πρὸς τοῦτον λέγειν λέγων, ὅτι ἔμοι, ὦ ἀριστε, εἰσὶ
 (μὲν πού τινες καὶ οἰκεῖοι. καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ τοῦ
 Ὀμήρου, οὐδ' ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέ-
 φυκα, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων, ὥστε καὶ οἰκεῖοί μοι εἰσὶ
 καὶ νείεις γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τρεῖς, εἰς μὲν μει-
 ράκιον ἤδη, δύο δὲ παιδία. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν' αὐτῶν

D. πρὸς τοῦτον λέγειν λέγων, ὅτι —] πρὸς τοῦτον λέ-
 γειν λόγον, ὅτι κ. τ. λ. Ven. b. ex corr. Vind. 4. Flor. a. h. Par.
 DST. Nimirum ἐπεικῆ pro neutro pluralis accipiendum fuit. De
 λέγων autem conf. Crat. p. 390. D. 418. A.

καὶ νείεις γε] Om. γε Bodl. Ven. b. Par. DST. Vind. 1. 4.
 6. Flor. d. e. g. h. i. Zitt. probantibus Turr.
 Οὐκ ἀθαδέζομενος] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4.
 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. BCDT. Vulgo ἀθαδιαζόμενος. v.

εἰμα — ἄλλοι δὲ ἄρα αὐτὰς οἴ-
 σονται ἁδῶς. Phileb. p. 30. B.
 ἀθαδέστερον ἂν πρὸς
 με σχοίη] Dicitur hoc nunc
 de iudicibus, qui remm, etiamsi
 propter bonitatem et aequitatem
 causae exspectari poterat, non
 absolvunt propterea, quod eo-
 rum clementiam implorare sup-
 plexque rogare noluit. Mox post
 εἰ δ' οὖν intell. τις ὑμῶν οὕτως
 ἔχει, verumtamen si quis
 vestrum, quanquam id non
 statuerim, ita sentiat. Ma-
 le Salvinius locum coniectura
 tentavit.

D. τὸ τοῦ Ὀμήρου] Odys.
 XIX. v. 163. ubi Penelope Ulys-
 sem, quem non agnovisset, ro-
 gat, ut narret, qua stirpe oriun-
 dus sit, atque haec verba addit:
 οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἔσοι παλαι-
 φάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

καὶ νείεις γε] Solet γε in
 plurium rerum enumeratione ei
 nomini addi, quod cum vi et
 gravitate quadam efferendum est:
 cuius loquendi rationis exempla

collegerunt Heindorf. ad Hipp.
 Mai. p. 301. A. Buttman.
 ad Criton. §. 7. n. 2. Male igi-
 tur h. l. in multis libris omis-
 sum est; potest enim commodè
 reddi: und sogar drei Söh-
 ne; v. ad Criton. p. 47. B. Phi-
 leb. p. 48. D. — Filii Socratis
 tres fuere Lamprocles, So-
 phroniscus, Menexenus. Et
 Lamprocles quidem, qui hoc loco
 μειράκιον, adolescentulus,
 Phaedon. c. 65. μέγας vocatur,
 fuit natu maximus: v. Xeno-
 phon. Mem. II. 2, 1: sed reli-
 qui duo, quos pater hic nomi-
 nat παιδία, a Platone Phaedon.
 65. etiam μικροὶ dicuntur. v.
 ad Phaedon. 3. et conf. Valc-
 ken. ad Theocrit. Adon. p. 349.
 Fischerus. Valckenarius l.
 c. τὸν μικρὸν παιδία — vulgo
 vocabant παιδίον. Filios istos
 Seneca Epist. CIV. narrat fu-
 isse indociles et matri quam pa-
 tri similiores.

ἀλλ' ὅμως — δεήσομαι]
 In his quae in οὐδένα contine-
 tur negatio, ea item ad δεήσο-

δεῦρο ἀναβησάμενος δεήσομαι ὑμῶν ἀποψηφισσάσθαι.
 Τί δὴ οὖν οὐδὲν τούτων ποιήσω; Οὐκ ἀθαδιαζόμε-
 νος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ὑμᾶς ἀτιμάζων. ἀλλ' E
 εἰ μὲν θαρσάλευς ἐγὼ ἔχω πρὸς θάνατον ἢ μή, ἄλ-
 λος λόγος: πρὸς δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν καὶ
 ὅλη τῇ πόλει οὐ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων
 οὐδὲν ποιεῖν καὶ τηλικόνδε ὄντα καὶ τοῦτο τοῦνομα
 ἔχοντα, εἴτ' οὖν ἀληθὲς εἴτ' οὖν ψεῦδος. ἀλλ' οὖν
 δεδογμένον γέ ἐστὶ τὸν Σωκράτη διαφέρειν τινὶ τῶν
 πολλῶν ἀνθρώπων. εἰ οὖν ὑμῶν οἱ δοκοῦντες διαφέ- 35

Phrynich. et Lob. p. 66. Thom. M. p. 84 sq. In ὦ ἄνδρες Ἀθ-
 rursus om. ἄνδρες Ven. b. et Vind. 6. conf. ad p. 32. B.

E. καὶ ὅλη τῇ πόλει] V. καὶ ὅλως τῇ πόλει, quod corre-
 ctum e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. et aliis plurimis.

τὸν Σωκράτη διαφέρειν] τῷ Bodl. Par. A. D. T. τῷ
 Σωκράτει Vind. 1. 4. Flor. h. Sed τὸ Σ. Ven. b. Vind. b. Flor.
 b. ut nuper Turicenses. Verum est τῷ.

μα pertinet, perinde ac si scrip-
 ptum sit: ἀλλ' ὅμως οὐ δεήσο-
 μαί τινα αὐτῶν κ. τ. λ. Cuius
 usus exempla attulimus ad Phi-
 leb. p. 17. B. = 120. ed. Goth.
 Itaque Hirschig. erravit, qui
 nuper οὐ ante δεήσομαι invitis
 codd. omnibus interposuit.

E. ἀλλ' εἰ μὲν θαρσά-
 λεως —] sed num fidenti
 animo mortem expectem
 necne, alia quaestio est
 (quae ad rem praesentem nihil
 pertinet); verum (hac re mis-
 sa) ad existimationem cer-
 te et meam et vestram et
 totius civitatis non dece-
 re mihi videtur etc. For-
 mula: ἄλλος λόγος ἐστίν, alia
 quaestio est, alia res est,
 satis frequens est. Demosth.
 De symmor. p. 114, 23 ed. R.:
 ἄλλος ἂν εἴη λόγος οὗτος. Ibid.
 p. 168, 11: ἄλλος ἂν ἦν λόγος.
 De Corona p. 240, 26. al. De
 particulis δ' οὖν ita positis, ut
 fere explicari possint, sed hoc
 utcuque est, certe etc.
 diximus supra ad p. 17. A. et

ad Cratyl. p. 415. C. 426. D.
 Tim. p. 38. B. Similiter dein-
 de: ἀλλ' οὖν δεδογμένον γε,
 sed hoc utcuque est,
 certe Socrates putatur ex-
 cellere aliqua re pleris-
 que hominibus, s. magnae
 multitudini praestare.

καὶ τοῦτο τοῦνομα ἔχον-
 τα] i. e. florentem tantae
 sapientiae laude. Quod ne
 arroganter dictum videatur, ad-
 dit verba εἴτ' οὖν — ψεῦδος. In
 quibus ne quis ψευδὲς scriben-
 dum opinetur, saepenumero τῷ
 ἀληθὲς opponitur nomen ψεῦδος.
 Cratyl. p. 430. A. ἢ τὸ μὲν τι
 αὐτῶν ἀληθὲς, τὸ δὲ ψεῦδος;
 Euthydem. in: ἐξελέγειν τὸ ἀεὶ
 λεγόμενον ὁμοίως, εἴαν τε ψευ-
 δος εἴαν τε ἀληθὲς ἦ; quae in-
 dicavit Heindorfius. Plura
 collegit Astius ad Politiam p.
 358. Aristoph. Ran. v. 628.
 χῶπως ἐρεῖς ἐνταῦθα μηδὲν ψευ-
 δος. De εἴτ' οὖν — εἴτ' οὖν v.
 Matthiae Gr. §. 625. extr. et
 de τῶν πολλῶν ἀνθρώπων p.
 29. B.

ρειν είτε σοφία είτε ἀνδρεία είτε ἄλλη ἡτινιοῦν ἀρετῇ τοιοῦτοι ἔσονται, αἰσχρὸν ἂν εἴη· οἴουςπερ ἐγὼ πολλάκις ἐώρακά τινας, ὅταν κρινῶνται, δοκοῦντας μὲν τι εἶναι, θανμάσια δὲ ἐργαζομένους, ὡς δεινόν τι οἰομένους πείσεσθαι, εἰ ἀποθανοῦνται, ὡςπερ ἀθανάτων ἐσομένων, ἔαν ὑμεῖς αὐτοὺς μὴ ἀποκτείνητε· οὐ μοι δοκοῦσιν αἰσχύνῃν τῇ πόλει περιάπτειν, ὡστ' ἂν τινὰ καὶ τῶν ξένων ὑπολαβεῖν, ὅτι οἱ δια-

P. 35. *εἴτε ἀνδρεία*] Bodl., Florr. septem, Ven. *ΑΞΠα*. Zitt. Parr. BCDHS. Ang. *ἀνδρία*, quod non probem. v. ad Gorg. p. 492. coll. Matthiae ad Eurip. Herc. fur. v. 469. Formam *ἀνδρεία* metrum tuetur apud Aristoph. Nubb. v. 510.

B. *οὔτε ἡμᾶς χρεῖ*] Sic Flor. d. Ven. *ΑΞ*, et corr. Coisl., ut coniecerat Forsterus. Vulgo *ἡμᾶς*.

καὶ ὅτι οὐκ εἶναι] Sic Vind. 6. Flor. e. Vulgo erat *καὶ ὅπῃ οὐκ εἶναι*. Heindorf. con. *καὶ ὅπῃ οὐκ εἶναι*. Bekkerus sine libris dedit *καὶ ὅπῃ οὐκ εἶναι*. Iam in ea, quam nos dedimus, lectione nihil requires. v. annot. Eam etiam Turicenss. probant.

P. 35. *δοκοῦντας μὲν τι εἶναι*] h. e. qui viderentur esse sapientia nescio qua praediti. v. Matthiae §. 487. 5.

ὡς δεινόν τι οἰομένους πείσεσθαι] Non recte, opinor, Heindorfius *ὡς* cum *δεινόν* connectit, ut haec vocula significet perquam; cuius significationis exempla, quae ad Cratyl. p. 41. et Phaedon. p. 152. collegit, ea vereor ut probent quod probandum erat. Hoc quidem loco *ὡς* referendum est ad *οἰομένους*, hoc sensu: quippe s. utpote putantes se indigni quid esse passuros. Etenim *ὡς* saepenumero causam et rationem indicare nemo ignorat, ut non videamus, cur Heindorfius, si vocula h. l. cum participio connectatur, *εἴτε* scribendum fuisse iudicaverit. Cohærent autem haec verba arctissime cum iis, quae proxime praecedunt: *θανμάσια δὲ ἐργαζομένους*, hoc sensu: mira tamen facientes, quippe s. utpote qui putarent etc.

Brevius dici potuit omisso verbo putandi *ὡς πείσομένους*. Fallitur igitur Engelhardtus, qui quo magis Heindorfii interpretationem confirmaret, attendere lectores iussit ad ea, quae praecedunt, *οἴουςπερ ἐγὼ* πολλάκις *ἰώρακα*, quibus simplex participium, *ὡς* non interiecto, adiungendum fuisse contendit. De genitivis *ὡςπερ ἀθανάτων ἰσομένων* cfr. Matth. Gr. §. 568. 3 sq. et nostra ad Phileb. p. 44. C.

B. *οὔτοι γυναικῶν οὐδὲν δ.*] De hoc usu pronominis demonstrativi post participia cum articulo coniuncta non sine vi quadam et gravitate illati v. Matthiae §. 472. 2. Theaet. p. 171. D. 172. B. Charm. p. 163. C. Legg. XII. p. 959. Weber. ad Dem. Aristocr. p. 158.

οὔτε ἡμᾶς χρεῖ ποιεῖν] Ferri non potest quod vulgo legebatur, *ἡμᾶς χρ. π.* quum statim sequantur haec verba: *οὔτ', ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπεν*. Hoc dicit: neque nos

γεροντες Ἀθηναίων εἰς ἀρετὴν, οὓς αὐτοὶ ἐαυτῶν ἔν τε ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς προκρίνουσιν, οὔτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι. ταῦτα γάρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε ἡμᾶς χρεῖ ποιεῖν τοὺς δοκοῦντας καὶ ὅτι οὐκ εἶναι, οὔτ', ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπεν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ἐνδείκνυσθαι, ὅτι πολὺ μᾶλλον κατανημιεῖσθε τοῦ τὰ ἐλεεινὰ ταῦτα δράματα εἰσάγοντος καὶ καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιοῦντος ἢ τοῦ ἡσιχίαν ἄγοντος.

αὐτὸ ἐνδείκνυσθαι] V. *ἐνδείκνυσθε*, quod est in Par. E. et paucissimis aliis.

τὰ ἐλεεινὰ τ. δρ.] Astius hic et ubique scripsit *ἐλεεινὰ*, codicibus invitis. Quam formam Atticis omnino restituendam esse ne Porsono quidem Praefat. ad Hecub. p. VII sq. et Blomfield. ad Aeschyl. Agam. Gloss. v. 239. credimus. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 87. Nimirum quemadmodum ex *δέω*, *δειδω* formatur *δεινός*, ita ex *ἐλεέω* ductum est *ἐλεεινός*, quod poetae in trisyllabum *ἐλεεινός* converterunt.

debet talia facere —, nec si nos faciamus, vos decet ea concedere et permittere. Similiter s. XXIV: *οὔτε ἡμᾶς ἐθελῆεν ὑμᾶς ἐπιτρέπεν, οὔτ' ὑμᾶς ἐθελῆσθαι*. Vulgatam tamen lectionem defendit Morgensternius Symbol. crit. in quaedam loca Platonis et Horatii (Dorpat. 1821.) p. IV. in Friedemannii et Seebodii Miscellan. Critt. Vol. I. P. I. p. 90. Putat enim *ὑμᾶς* intelligi iudices eos, qui ipsi quondam, capitis rei facti, iudices suppliciter oraverint. Quod nec sententiae nec iterationi pronominis satis convenit. Aliter veterem scripturam nuper tuitus est C. Fr. Hermann., qui sensum loci hunc esse putat: nec *plebem*, modo aliquo loco haberi velit, facere, nec si singuli faciant, permittere debere. Cui interpretationi officit hoc, quod nec plebis aut singulorum mentio iniicitur a Socrate, nec isto modo pronominis *ὑμᾶς* repetitio explicatur. *καὶ ὅτι οὐκ*

εἶναι, h. e. qui vel tantillum virtutis possidere videamur. Sic Aeschin. adv. Ctesiph. §. 5. *τῶν καὶ ὅπως οὐκ ἔστιν ἐπιτρέπεν*, h. e. vel aliquo modo. Xenoph. Cyrop. I. 6, 12: *οὔδ' ὅτι οὐκ ἐπεμνήσθη*, h. e. ne tantillum quidem. Aristoph. Plut. v. 385: *καὶ διστάσιν* — *οὔδ' ὅτι οὐκ τῶν Περιφίλων*. Phaedon. p. 78. D. *μήποτε μεταβολὴν καὶ ἡτινιοῦν ἐνδέχεται*; Phileb. p. 59. C. p. 60. E. Hipp. Mai. p. 291. D. Legg. I. p. 639. A. Prorsus ut h. l. De Rep. IV. p. 422. B: *ἂν ὅτι οὐκ ἔστιν*. Ibid. VII. p. 538. D: *τοὺς καὶ ὅπως οὐκ ἐπιτρέπεν*. Ferri non potest, quod vulgo legebatur, *καὶ ὅπῃ οὐκ εἶναι*, quum *τι* ita non ad verbum *εἶναι* pertineat, sed positum sit ut in *ὅπως οὐκ εἶναι*.

τὰ ἐλεεινὰ ταῦτα δράματα εἰσάγοντος] *Ἐλεεινὰ δράματα* intelliguntur dramata, quibus spectatoribus misericordia movetur. — *εἰσάγειν* h. l. est, proferre in iudicium, videlicet, quum reus ad-

Cap. XXIV. Χωρίς δὲ τῆς δόξης, ὧ ἄνδρες, οὐδὲ δικαίον μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δόμενον ἀποφεύγειν, ἀλλὰ διδάσκειν καὶ πείθειν. οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κἀθηται ὁ δικαστής, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα· καὶ ὁμώμοκεν οὐ χαριεῖσθαι οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους. οὐκ οὐκον χρῆ οὔτε ἡμᾶς ἐθίζειν ὑμᾶς ἐπισηκεῖν, οὐθ' ὑμᾶς ἐθίζεσθαι· οὐδέτεροι γὰρ ἂν ἡμῶν εὐσεβοῖεν. μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν, ἃ μῆτε ἠγοῦμαι καλὰ εἶναι μῆτε δίκαια μῆτε ὅσια, ἄλλως τε μέντοι [νῆ Δία πάντως]

Cap. XXIV. C. οὐκονν χρῆ] V. οὐκοῦν, quod ex Par. DT. Ven. b. Vind. l. 4. 6. emendatum.

D. ὅσια, ἄλλως τε μέντοι νῆ Δία πάντως καὶ ἄσ. φενγ. Codd. multum inter se discrepant. Dedimus quod exhibent Bodl. Vat. Ven. b. Par. DST. cum Flor. d. g. h. v. interpretat. In Par. BCE. Vind.

ducit uxorem, liberos, propinquos lacrimantes et lamentantes, quo iudicium animi ad misericordiam flectantur.

Cap. XXIV. Χωρίς δὲ τῆς δόξης] h. e. sed praeterquam quod illud existimationi meae non responderet; aber abgesehen von dem Ansehen. Crit. c. 3: ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ ἐστέρησθαι τοιοῦτον ἐπιτηδεῖον — ἐπι δὲ καὶ πολλοῖς δόξω κτλ., ubi vide annot. Legg. p. 814. C. οὐδαμῶς εὐσημον γίγνοι' ἂν τοῦ κακοῦ χωρὶς τοῦτο ἐν πόλει ὅπου γίγνοιτο. Sympos. p. 173. C. χωρὶς τοῦ οἰεσθαι ὀφελεῖσθαι ὑπερφανῶς ὡς χαίρω. Ibid. 184. B. Herodot. I. 93. χωρὶς τῶν Αἰγυπτίων ἔργων. — Mox ἀποφεύγειν est salvum evadere, absolvi.

C. ἐπὶ τούτῳ — ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τ. δ.] Lysid. p. 219. E. πᾶσα ἢ τοιαύτη σπουδὴ οὐκ ἐπὶ τοῖτοις ἐνεκά του παρασκευαζομένοις. Gorg. p. 474. E. οὐ δῆπου ἐκτὸς τούτων ἐστὶ

τὰ καλὰ, τοῦ ἢ ὀφείλημα εἶναι ἢ ἡδέα ἢ ἀμφοτέρω. Matthiae Gr. §. 472. 2. β. — καταχαρίζεσθαι τὸ δίκαιον est iustitiam donare gratiae; ius negligere, quo alteri gratum facias. καὶ ὁμώμοκεν] Demosth. c. Timocrat. p. 747 ed. Reisk. ψηφισθῆναι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων. Pollux Onom. VIII. 122. ὁ δὲ ὄρκος ἦν τῶν δικαστῶν· περὶ μὲν ἂν νόμοι εἴσι, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ἂν μὴ εἴσι, οὐκ γνῶμη δικαιοσύνη. v. Meier. et Schoem. ann. I. c. p. 128 sq. et p. 135.

μὴ οὖν ἀξιοῦτέ] h. e. n. o. lite igitur putare. Mox notanda est collocatio verborum ἢ μῆτε ἠγοῦμαι καλὰ εἶναι, cuius loco vulgaris ratio exigebat ἢ ἠγοῦμαι μῆτε καλὰ εἶναι.

ἄλλως τε μέντοι —] h. e. quum alias profecto, tum maxime nunc, quum impietatis accusatus sum a

καὶ ἀσεβείας φεύγοντα ὑπὸ Μελήτου τουτουῖ. σαφῶς γὰρ ἂν, εἰ πείθοιμι ὑμᾶς καὶ τῷ δεῖσθαι βιαζοίμην ὁμωμοκότας, θεοὺς ἂν διδάσκοιμι μὴ ἠγεῖσθαι ὑμᾶς εἶναι, καὶ ἀτεχνῶς ἀπολογούμενος κατηγοροίην ἂν ἑαυτοῦ, ὡς θεοὺς οὐ νομίζω. ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ οὕτως ἔχειν· νομίζω τε γὰρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς οὐδεὶς τῶν ἐμῶν κατηγορῶν, καὶ ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ ὅπῃ μέλλει ἐμοὶ τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν.

Cap. XXV. Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, ὅτι μου κατεψη-

4. 6. Flor. b. c. e. et pr. u legitur: ἄλλως τε πάντως νῆ Δία μέντοι. Unus Par. H. ἀλλὰ μάλιστα πάντως νῆ Δία μέντοι Coisl. ἄλλως τε πάντως ἢ νῆ Δία μέντοι.

σαφῶς γὰρ ἂν] Accessit ἂν e Bas. 2. Bodl. Vat. Ven. a. b. Vind. l. 2. 4. 5. 6. Fl. a. b. g. h. i. aliis.

Cap. XXV. E. Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν] Sic cum Bas. 2.

Meleto. Quod h. l. μέντοι νῆ Δία πάντως interpositum est formulae ἄλλως τε καὶ, conf. Aristoph. Nub. v. 1267 ed. Vind. ἄλλως τε μέντοι (sane) καὶ κακῶς πεπραγῶτι. Aeschyl. Pers. v. 659. Prometh. v. 635. Eumenid. v. 725 sq. ubi ἄλλως τε πάντως (omnino) καὶ dicitur. Itaque hoc loco μέντοι et πάντως consociatum habetur addito insuper etiam νῆ Δία. Quam copiam et ubertatem quis est quin ferat molestissime? Enimvero quid rei sit, arguit scriptura codicis Coisl. ἄλλως τε πάντως ἢ νῆ Δία μέντοι, unde apertum est iam olim hic existitisse διτιγογραφίαν, postea a scribis in unum conflata. Quippe alii legerunt: ἄλλως τε μέντοι καὶ ἀσεβ. φ.; alii vero scripserunt: ἄλλως τε πάντως καὶ ἀσεβ. φ. Quod utrumque deinde, adscripto etiam νῆ Δία, mixtum est. Quippe alterutrum sine dubio debetur glossatoribus. De qua re nobis ita videtur iudicandum, ut si opti-

mos libros duces sequamur, h. e. Bodleianum, Vaticanum, et Ven. b., genuinam scripturam hanc fuisse putare debeamus: ἄλλως τε μέντοι καὶ ἀσεβ. φ., cui lectioni ad voc. μέντοι interpretationis gratia adscriptum fuit: νῆ Δία, πάντως vel ἢ νῆ Δία, πάντως, quae verba uncis seclusimus. Itaque fraus utique manifesta. Quod olim cum I. Bekker o in re incerta scripsimus: ἄλλως τε πάντως νῆ Δία, μάλιστα μέντοι καὶ ἄσ. φ., id ad vett. editt. rationem comparatum est, neque codicum mss. auctoritate magnopere munitur. εἰ πείθοιμι — βιαζοίμην] Intell. χαρίζεσθαι μοι τὰ δίκαια. Deinde verba ita cohaerent: διδάσκοιμι ἂν ὑμᾶς μὴ ἠγεῖσθαι θεοὺς εἶναι.

Cap. XXV. E. Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν —] Quae Plato Socratem antea dicentem fecit, ea dixisse putandus est, priusquam indices primas sententias de eo tulissent: quae sequuntur, ea loquutus est, postquam eo

36 κρίσασθε, ἄλλα τέ μοι πολλά ξυμβάλλεται, καὶ οὐκ ἀνέλιπτόν μοι γέγονε τὸ γεγονός τοῦτο, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαναμάζω ἐκατέρων τῶν ψήφων τὸν γενοῦσα

Bodl. Coisl. Ven. Ab. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. d. e. h. Zitt. Ang. Par. BCDEH. Vulgo erat: *Τὸ μὲν οὖν μὴ ἄγ.* Verba *ὅτι μὲν κατεψηφίσασθε*: tanquam glossema delevit Hirschig. iniuria quidem; gravius enim efferunt quod indicatum est verbis *ἐπὶ τῷ γενοῦσι*.

P. 36. *εἰ τριάκοντα μόναι*] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. a. c. g. h. i. Par. BCDS cum ed. Bas. 2. Vulgo *εἰ τρεῖς μόναι*.

crimine damnatus erat, cuius enim Meletus accusaverat. Secuta enim nunc est more et instituto iudiciorum Atticorum, de quo v. etiam Cic. de Orat. I. 54., poenae aestimatio. Etenim duo fuerunt caussarum genera, alterum *ἀτιμίον*, si poena legibus esset constituta, alterum *τιμῶν*, si iudicibus permissum esset poenam legibus non definitam statuere. Posterioris generis ubi caussa erat, hoc modo res peragebatur. Postquam accusator et reus verba fecerant, iudices primis sententiis omnino statuebant, damnarent reum an absolvent. Deinde fiebat poenae aestimatio, h. e. interrogabatur reus, quam poenam commernerisse se maxime fateretur, eamne, quam accusator voluisset, an aliam iustiorē: id quod dicebatur *τιμᾶσθαι* vel *ἀντιμᾶσθαι*. v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 724 sqq. Quo facto iudices iterum ferebant sententias, caussamque decernebant. De generibus caussarum *ἀτιμίον* et *τιμῶν* disputarunt Heraldus Obs. ad l. A. et R. III. 2. Matthiae Miscell. Philolog. Vol. I. p. 275 sqq. Meier. de bonis damnat. p. 152 sqq. Meier. et Schoemann. Att. Proc. p. 171—193. — Quam vero Socrates impietatis fuerit accusatus, id quod ipse indicat verbis: *μὴ οὖν*

ἀξιούτέ με — τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν — ἀσεβείας φεύγοντα ἐπὶ Μελέτιον τοντοῦ, quaeritur haud immerito, num illa accusatio ad genus caussarum *τιμῶν* pertinuerit, necne. Nam facile quis suspicetur capitis poenam in patriae religionis adversarios utique fuisse legibus constitutam, praesertim quum plures sciamus morte multatos esse, qui impietatis fuisent accusati. Verum enim vero, quod ex hac Socratis defensione discimus, litis aestimationem in caussa impietatis locum habuisse, id ipsum testatur etiam locus Demosth. in Timocr. p. 702. 5. *ἀσεβείας γραφὴν κατασκευάσας εἰς ἀγῶνα κατέστησεν. ἐν δὲ τούτῳ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταλαβὼν ὄψετο χιλίας κτλ.* Plura de hac re disputarunt Matt. l. c. Meierus l. c. Boeckh. Oecon. Att. I. p. 410 sqq. II. p. 237 sq.

P. 36. *καὶ οὐκ ἀνέλιπτόν μοι γέγονε*] h. e. non accidit mihi praeter opinionem. Nam *ἐλπίς, ἐλπίζειν* et vocabula inde ducta dicuntur in utramque partem, et de spe et de metu. v. intpp. ad Thom. Mag. p. 299. sqq. Ipse Plato Legg. I. p. 644. D. *πρὸς δὲ τούτων ἀφοῖν αὐ δόξας μελλόντων, οὐκ κοινὸν ὄνομα ἐλπίς*. Animadvertenda est autem brevilocquentia; plenius enim hoc modo erat

ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολὺ. νῦν δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰ τριάκοντα μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀποπεφύγη ἄν. Μέ-

ἀποπεφύγη ἄν] V. *ἀπεπεφύγειν ἄν*. Atticam formam servavit Bodl., in quo vulgaris terminatio superscripta est. Augmenti apud Platonem in plusquamperfecto omissi exempla non rara sunt. cfr. ad Remp. II. 374. B. Gorg. p. 515. E. Symp. p. 215. E. Matth. §. 165. Fischer. ad Weller. II. p. 317. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 308. Dein vulgo erat: *ἀλλὰ καὶ παντὶ δ*. Recte καὶ extrudunt optimi. Qua ratione *ἀλλὰ* post *οὐ μόνον* sine καὶ dicatur, docuit Hermann. ad Viger. p. 837. Enimvero ita gradatio habet locum.

dicendum: *καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐκ ἀνέλιπτόν μοι γ*. Alia id genus congressimus ad Sympos. p. 220. A. Criton. p. 52. C.

οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολὺ] Recte Fischerus: non sperabam futurum, ut numerus calculorum, quibus absolverer, tam parum differret ab eorum, quibus damnarer, numero: immo putabam numerum calculorum absolutorio cum longe superatum iri damnatoriorum numero. De quo usu formularum *παρ' ὀλίγον* et *παρὰ πολὺ* v. praeter Budaem Comment. L. Gr. p. 209. Vigerus p. 647. et Matthiae §. 588. n. 2.

εἰ τριάκοντα μόναι μετέπεσον] *Μεταπίπτειν*, aliter cadere, in aliam urnam cadere, ut recte Fischerus interpretatur, qui laudat Aeschin. c. Ctesiph. 461. T. II. ed. Taylor.: *εἰ δὲ μὴ μόνον μετέπεσον*. Lectionem *τρεῖς* iam Bas. 2. mutavit in *τριάκοντα*, melioribus libris consentientibus. Diog. Laërt. II. 41: *ὅτι οὐκ κατεδικάσθη, διακοσίαις ὀδοθήκοντα μὴ πλείοσι ψήφοις* (sc. κατεδικάσθη) *τῶν ἀπολωνοῦν*. Quae quomodo cum Platonis narratione concilianda sint, varie disputatum est. Nam ut Fischerum aliosque taceamus,

Plat. Opp. Vol. I. P. I.

rem expedire studuit Tychsen in commentatione: Ueber den Prozess des Socrates, quae inserta est Bibliothecae vet. liter. et art. (Bibliothek der alten Literatur u. Kunst) fasc. I. p. 1—53. et fasc. II. p. 1—60. ubi v. secundi volum. p. 40 sqq. et nuper Boeckhiius ap. Süvernium in libro: Ueber des Aristophanes Wolken p. 87 sqq. Enimvero difficultatem creavit quod vulgo apud Platonem legitur: *εἰ τρεῖς μόναι μ*. Nam haec lectio si vera esset, itemque pro vero probandum quod legitur apud Diogenem Laërtium, Heliastarum iudicium ex 556 iudicibus constituisse existimari oporteret. Etenim sic iudices numero 281 Socratem damnavisse et 275 absolvisse putandi forent, ita ut, tres calculi si additi fuissent suffragiis absolutoriis, par fuisset damnantium et absolutantium numerus, h. e. 278., eoque Socrates incolumis evasisset. At vero quominus hanc sententiam cum Fischeris aliisque amplectamur, illud prohibet, quod Heliastarum iudicia numerum iudicium quingentorum non videntur isto modo excessisse, nisi si quando propter singularem quandam caussarum gravitatem, consociatis pluribus decuriis, mille, vel mille quingenti, vel etiam bis mille et plures indicandi potestatem ac-

λητον μὲν οὖν, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, καὶ νῦν ἀποπέφευγα.
καὶ οὐ μόνον ἀποπέφευγα, ἀλλὰ παντὶ δῆλον τοῦτό
γε, ὅτι, εἰ μὴ ἀνέβη Ἄνυτος καὶ Λύκων κατηγορή-

ciperent, quod subinde factum esse ex Polluc. On. VIII. 33. coll. 123. Lysia in Agor. §. 35. colligi licet. v. Tittmann. Civitatt. Graec. p. 114. Meier. et Schoemann. Process. Att. p. 139. Nam ut rem paullo altius repetamus, ratio iudiciorum Heliasticorum universa haec fuit. Eligebantur quotannis ex universo numero civium, qui annum aetatis tricesimum excessissent, sexies mille iurati iudices, sortitione a novem archontibus cum scriba publice instituta. Horum deinde quinque millia describebantur in decem decurias viro- rum quingenorum, quandoquidem mille illi, qui supererant, si qua opus esset, supplendis singulis decuriis inserviebant (1000 waren Ersatzmänner). Quae quidem decuriae appellatae sunt *δικαστήρια*. Iam vero in plerisque causis una decuria iudicium exercebat; in gravi- oribus vero causis etiam bi- nae vel ternae vel quaternae decu- riae (*δικαστήρια*) iungebantur; quin etiam apud Andocid. De myster. §. 17. 6000 cives suffragia tulisse narrantur. Nec tamen semper quingentorum nu- merus completus fuit. Nam etiam minora erant iudicia, in quibus iudices ducenti vel quadringenti sedebant, de quo v. Polluc. On. VIII. 48. Etiam septingenti iudices memorantur apud Iso- crat. adv. Callimach. §. 54. Itaque nullo modo est credibile, de causa Socratis 556 cives iudicavisse. Ex quo consequens est, ut aut apud Platonem vul- gata lectio *τρεις* vitiosa sit, aut apud Diogenem Laërtium irre- pserit error. Et apud hunc quidem pro *ὀγδοήκοντα* si scribatur *πεντήκοντα*, res protenus salva erit. Sed verisimilius est apud

Platonem esse erratum. Nam plurimi certe iique praestantis- simi libri habent *τριάκοντα*. Quod cur in *τρεις* abierit, caussa in promptu est. Visum enim bonis criticis est, istum numerum cum addito *μόνα* minus bene convenire; itaque hunc protenus mu- tarunt in *τρεις*, ita scilicet etiam optime de Socrate meriti, quippe qui iam videretur adeo trium tantum suffragiorum numero con- demnatus esse. In quo optimi viri sane benevolentius quam cautius egerunt. Nam rectis- sime dictum est *τριάκοντα μό- να*, quoniam vel triginta iudices pro numeri 500 amplitudine sanequam pauci fuerunt; effi- ciunt enim nondum partem eius septimam decimam. Jam vero ubi amplectimur quod in praestantissimis codicibus Platonis scriptum legitur, nodus, qui visus semper est longe difficil- limus, nullo negotio expediri potest. Sederunt enim, ut vide- tur, in caussa Socratis iudices quingenti et unus, quandoquidem ita institutum fuisse constat, ut pari numero fere unus addere- tur, ne quando incertum vide- retur iudicium, si paria essent iudicium suffragia. v. Polluc. On. VIII. 48. Demosth. in Timocr. §. 9 p. 702. coll. Meier. et Schoemann. Process. Att. p. 139 sq. Hoc autem si ita fuit, comparato hoc Platonis testi- monio cum Diogenis narratione efficitur, ut iudices ducenti et octoginta unus eundem condemna- visse existimandi sint. Nam ne statumur constitutos fuisse 601, sed ex his alios, quia non lique- ret, sententiam non tulisse, alios etiam abfuisse vel sero venisse (de quo v. Meier. et Schoe- mann. p. 722 sq. not. coll. p. 140.); certe illud magnopere im-

σοντες ἐμοῦ, καὶ ὄφλε χιλίας δραχμᾶς, οὐ μεταλα- B
βῶν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων.

pedit, quod nec de suffragio an- cipiti iudicibus concessio quid- quam memoriae proditum est, de qua re alia omnia narrat Pollux Onom. VIII. 123., nec verisimile videtur, tam multos fuisse absentes, quandoquidem semper delecti fuerunt, qui, si qua opus esset, deficientium nu- merum supplerent. At vero, in- quit aliquis, egregie certe hac tua ratione falsus es; nam si 281 iudices Socratem damnave- runt, sed 220 ipsum absolve- runt, profecto non tantum tri- ginta, sed potius sexaginta suf- fragia et quod excurrit adhuc necessaria fuerunt, quo vir sa- pientissimus absolveretur. Spe- ciosa vero reprehensio, nec ta- men iusta atque vera. Nam demas quaeso 30 de 281 suf- fragiis, et remanebunt non plus quam 251. Jam vero addas eadem illa 30 numero 220 suf- fragiorum, et habebis 250. Ita- que liquidum est parem fere utrinque numerum evadere. Nam unius tantum suffragii damnato- rii differentia emergit. Quocirca hoc dicit Socraets: si triginta tantum suffragia aliter cecidis- sent, h. e. non damnatoria, sed absolutoria extitissent, crimine liberatus essem. At nimirum, respondes, ita tamen futurum fuisset, ut una saltem sententia capitis condemnaretur! Recte vero. Nec tamen est, cur de ea remulum laboremus. Quidenim, si unus alterve iudicum casu fuit prohibitus, quominus in iudicio adesset, num id Platonem iudi- cabimus necessario indicare de- buisse? Nimirum ita etiam no- stro quidem iudicio inepte fac- turus fuisset. Putida enim ista foret enumeratio. Verum sup- petit etiam alia eaque probabi- lior difficultatis istius tollendae ratio. Utitur enim Socrates nu-

mero rotundo pro eo, qui est triginta et unus, quoniam ex- acta ista diligentia ab oratoris persona aliena esse visa est. Enimvero quid sibi vellet his verbis suis, id vel uno illo non in censum relato omnibus sponte apparere debuit. Huc accedit, quod Pollux On. VIII. 123. narrat Heliaeam fere ex quin- gentis viris constitisse. Nimi- rum ita certe valuit calculus Mi- nervae. Atque haec si vere di- sputata sunt, apertum esse pu- tanus, et Diogenem Laërtium vera narrare, et codices Plato- nis ab iis, qui *τρεις* scripserunt, ob eam causam, de qua supra monuimus, temere esse corru- ptos. De iudicio Heliastarum v. Hermannum Antiquitatt. Publ. Graec. §. 134. Ne vero mireris Socratem continuo cal- culis subductis ista dicere po- tuisse, videtur, suffragatione iudicum peracta, publice promul- gatum esse, quae esset suffragi- orum ratio. Quod si ita fuit, sponte apparet vana esse et ina- nia, quae de hac re disputat Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 487.

εἰ μὴ ἀνέβη Ἄνυτος καὶ Λύκων] Videlicet quum Any- tus et Lyco Meleti, qui actio- nem instituerat, *συνήγοροι* vel *σύννομοι* essent, his et ipsis lice- bat in iudicio contra Socra- tem verba facere. v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 707 sqq. De numero singulari *ἀνέβη*, conf. Matthiae Gr. §. 304. Sequi- tur autem pluralis *κατηγορήσαν- τες* ob nomina proxime ante- gressa. Quod ne quem permo- veat ut cum Cobeto et Hir- schigio corrigendum putet *ἀνέ- βησαν*, eodem modo Plato Legg. V. p. 729. E: *δύναται δὲ δια- φερῶτος ὁ ξένιος ἐκάστον δαι-*

Cap. XXVI. Τιμάται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου. Ἔλεν. ἐγὼ δὲ δὴ τίνας ὑμῖν ἀντιτιμῆσομαι, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἢ δῆλον ὅτι τῆς ἀξίας; τί οὖν;

Cap. XXVI. B. ἢ δῆλον] V. ἢ δῆλον, invitis codd. Paulo ante ἄνδρες ante Ἀθηναῖοι om. Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. g.

μων καὶ θεὸς τῶ ξενίῳ ξυρεπό-
μενοι Δι. Lysias in Eratosthen.
p. 392: ἐπιτιμῶμαι Μηλοβίος τε
καὶ Μησοιδεῖδης ἐκ τοῦ ἐργαστη-
ρίου ἀπίοντες. Demosthen.
Aristocr. §. 12: τὰ ὅπλα θῆσε-
σθαι ἐμελλεν ὁ Σίμων οὐδ' ὁ
Βιάνωρ, πολῖται γεγενημένοι κτλ.
Plura id genus v. apud Bern-
hardium Syntax. Graec. p.
416. sq.

καὶ ὄφρα γ. δρ. — τῶν
ψήφων] Actor nisi quintam
suffragiorum partem tulisset,
mille drachmis multabatur adeo-
que infamia (ἀτιμία) notabatur,
qua fiebat, ut ne in posterum
accusator existere posset. v.
Demosth. in Mid. p. 529. 23.
in Timocrat. p. 702. 5. in Theo-
crat. p. 1323. 19. al. Harpo-
crat. in δόρων γραφή. Meur-
sius Lectt. Attic. V. 13. et
Themid. Att. II. 21. Matthiae
l. c. p. 270. coll. Meier. et
Schoemann. l. c. p. 734 sq.
Boeckh. Oecon. Att. I. p. 406 sq.
Dicit autem Socrates Meletum,
nisi Anyti et Lyconis tanquam
συνηγόρων auxilio gavisus es-
set, non fuisse laturum quintam
partem suffragiorum, quum ipsius
auctoritas et gratia non tanta
esse videatur, quae efficere sola
potuerit, ut indices ipsum con-
demnarent. Locum perperam
intellexit Fischerns, recte in-
terpretatus est Schleierma-
cher. — Pro οὐ μεταλαβὼν quod
Hirschig. putat dicendum fuisse
μη μεταλαβὼν, ideoque to-
tum hoc membrum: οὐ μεταλα-
βὼν — τῶν ψήφων, ut Platone
indignum adeoque supervacua-
neum rescindendum et abiicien-

dum arbitratur, de grammatica
saltem ratione mirifice fallitur.
Dicitur enim Meletus revera non
acceperit quintam suffragiorum
partem hoc sensu: quum non
acceperit partem ctr. Itaque
οὐ, non μή dicendum fuit. Nec
vero de reliquis critici iudicio
ulla in parte aecedimus.

Cap. XXVI. B. Τιμάται δ'
οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου] So-
lebat enim actor aestimatio-
nem litis addere in libello ac-
cusationis, nisi poena iam legi-
bus constituta esset. Hoc dice-
batur τιμᾶσθαι; v. Pollux VIII.
150. Meletus igitur in ἀτιμο-
σίᾳ addiderat, Socratem sibi
dignum nec videri, si caussa
cecidisset. Fischerus.

ἢ δῆλον, ὅτι τῆς ἀξίας]
h. e. sed quid quaero? an
id quidem manifestum
est etc. v. ad Protag. in. Per-
peram igitur ἢ scribitur. Dein
Cobetius Varr. Lectt. p. 300.
emendat scilicet: τί οὖν ἀξίος
εἰμι. Quo commento debilitavit
Socraticae orationis vim et gra-
vitatem non mediocriter. Hoc
enim dicit Socrates: quid igitur?
quum apertum sit me
contra litem aestumaturum
esse prouti mereor,
quid etc.

τί ἀξίος εἰμι παθεῖν ἢ
ἀποτίσαι] Fuit haec formula
usu in iudiciis recepta, in qua
παθεῖν ad poenam corporis,
ἀποτίσαι ad multam re-
fertur. v. Heraldus Obs. ad
l. A. et R. III. 1—6. Lely-
velt De infamia ex jure Atti-
co p. 268. Hermann. Antiqui-
tatt. Publ. Graec. §. 143. ann.

τί ἀξίος εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτίσαι, ὃ τι μαθὼν ἐν τῷ
βίῳ οὐχ ἠσυχίαν ἤγον ἀλλ' ἀμελήσας ὥνπερ οἱ πολ-
λοί, ζηρηματισμοῦ τε καὶ οἰκονομίας καὶ στρατηγιῶν

h. de qua omissione quid existimandum sit, ad p. 17. A. cap. I. in.
declaravimus. Ridicule igitur quidam ἄνδρες ubivis expulerunt.

10. et librum Meieri et Schoe-
manni saepius laudatum p.
739 sq. — De formula τί μα-
θὼν et ὃ τι μαθὼν, cuius exem-
pla collegit Casaub. ad Athen.
XIII. 9. Heindorf. ad Euthy-
dem. p. 339 sq., disputavit Her-
mannus ad Viger. p. 759 sq.,
Praefat. ad Aristoph. Nubb.
p. XLVI sqq. ed. sec., qui qui-
dem posteriore loco τί μαθὼν
et ὃ τι μαθὼν ubique censet
mutandum esse in τί παθὼν et
ὃ τι παθὼν, exceptis iis locis,
ubi significet formula: quid
edoctus. Nos tamen cum
Wolfio ad Leptin. p. 348 sq.
utrumque recte dici censemus.
Quanquam enim τί ἐμαθες; in
absoluta sententia non reperit-
ur sicuti τί ἐπαδες; et τί πά-
σχεις; cuius rei caussa in eo est
posita, quod in talibus: τί ἐμα-
θες ὥστε ταῦτα ποιῆσαι, partici-
pium solet regnare: tamen in
responsionibus certe creberri-
mum est οὐκ ἐμαθον et ἐμαθον,
nec rarum est μαθέ, modo im-
perativo; id quod multis exem-
plis ad Euthydem. p. 283. E.
demonstravimus. Hoc igitur ἐμα-
θον et οὐκ ἐμαθον ex respon-
sionum usu videtur in formulam
interrogantem τί μαθὼν transi-
isse, ita quidem ut inter τί μα-
θὼν et τί παθὼν discrimen quod-
dam locum haberet ab ipsa qua-
si natura constitutum. Nam τί
παθὼν, quare affectus, pertinet
ad arguendum animi pra-
vum affectum et temerariam com-
motionem; sed τί μαθὼν est:
quid edoctus, qua ductus
opinionem, qua motus senten-
tia; quod refertur ad mentis
inconsiderantiam et iudicii

perversitatem. Nos item dici-
mus: was sicht dich an? et
was fällt dir ein? s. was
kommt dir in den Sinn?
Nec abhorret illud Francogallo-
rum: Qui vous a appris à
faire cela? Quocirca hanc qui-
dem dubitationem de τί μαθὼν
nullam esse putamus. Sed aliud
quid est, quod explicationem de-
sideret. Quum enim τί μαθὼν
et τί παθὼν in recta oratione
facillimam habent interpretatio-
nem, tamen quod usurpatur in
oratione aliunde suspensa, ὃ τι
μαθὼν et ὃ τι παθὼν quomodo
expediendum sit, valde dubita-
tum est, v. Hermann. l. c.
Matthiae Gr. §. 567. Bern-
hardy Synt. p. 293. al. Nos
quid sentiamus, paucis decla-
rasse iuvabit. Est enim τί μα-
θὼν et τί παθὼν interrogatio
mirantis vel indignantis. Quae
quidem interrogatio quoniam om-
nino significat cur? quam ob
causam? factum est, ut etiam
relative poneretur et, quoniam
admiratio vel indignatio licen-
tiorum orationis formam vel af-
fert vel patitur, cum reliquo ser-
mone liberius coniungeretur, ut
idem fere esset quod propter
ea quod, adiuncta tamen no-
tione reprehensionis vel a men-
tis vel ab animi quadam per-
versitate ductae. Itaque hunc
locum Germanice sic fere red-
dere licebit: was verdirbene
ich wohl zu leiden oder
zu büßen, was mir doch
beigekommen ist, dass
ich im ganzen Leben nicht
ruhig war, i. e. deshalb,
weil ich aus Verkehrtheit
des Sinnes nicht Ruhe

καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν καὶ ξυνομο-
σιῶν καὶ στάσεων τῶν ἐν τῇ πόλει γιγνομένων, ἠγη-
σάμενος ἑμαυτὸν τῶ ὄντι ἐπιεικίστερον εἶναι ἢ ὥστε
C εἰς ταῦτ' ἰόντα σώζεσθαι, ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἦα, οἱ
ἐλθὼν μῆτε ὑμῖν μῆτε ἑμαυτῶ ἐμελλον μὴδὲν ὄφελος
εἶναι, ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον ἰὼν εὐεργετεῖν τὴν με-
γίστην εὐεργεσίαν, ὡς ἐγὼ φημι, ἐνταῦθα ἦα, ἐπιχει-
ρῶν ἕκαστον ὑμῶν πείθειν μὴ πρότερον μῆτε τῶν

C. εἰς ταῦτ' ἰόντα σ.] Bodl. Ven. b. φ. Par. DS. ὄντα,
quod falsum esse arguit vel proximum istud: ἐνταῦθα μὴν οὐκ ἦα.
nihilominus nuper idem placuit codicum mancipiis.
ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἦα] V. ἦα Bodl. Ven. ἦα Vat. ἦα. cf.
Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 554 et 558. ed. I.

hielt. Alia dictionis eiusdem
exempla sunt: Euthydem. p. 283.
E: εἶπον ἄν, σοὶ εἰς κεφαλὴν,
ὅ τι μαθῶν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων
καταφεύδει τοῦτο πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ
οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν:
ich würde gesagt haben,
Schuld auf dein Haupt!
du über mich und die An-
dern lügnerisch aussagst,
was, wie ich glaube, nicht
einmal gesagt werden darf.
Ibid. p. 299. A: πολλὸν — δικαιο-
τερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπ-
τοιμι, ὃ τι μαθῶν σοφοῦς ὑμῶν
οὕτως ἔφρασαν. Eupolis ap. Stob.
Serm. IV. p. 53: εὐθὺν γὰρ πρὸς
ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι, ὅ
τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέ-
γετε ποιητὰς σοφοῦς.
ἀλλ' ἀμελήσας ὄνπερ οἱ
πολλοί] Intell. ἐπιμελοῦνται.
Nam praecedente verbo negante
in sententiis oppositis haud raro
verbum, quod uisat, intelligendum
relinquitur. v. Heindorf. ad
Gorg. §. 29. nos ad Politic. p.
301. D. Matth. §. 634. §. 3.
Ruhnken. ad Rutil. Lup. p.
47 et 131. et quos laudavit
Heindorf. ad Horat. Satir. I.
1. coll. Ruddimanni Instit.
L. L. T. II. p. 361.

καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν

ἄλλων ἀρχῶν] Δημηγορία h. l.
intelligitur munus eius, qui verba
facit in concione. Quod etsi non
fuit | de numero magistratum,
tamen recte additur τῶν ἄλλων
ἀρχῶν. Nam sensus verborum
hic est: quod quaestum,
rem familiarem, imperia,
conciones et praeterea
etiam magistratus et con-
spiraciones et seditiones
nihil curavi. v. ad Phaedon.
p. 110. E. 111. A. Symp. p.
191. B. Gorg. p. 473. C. 480.
D. al. Phaedr. p. 232. E. ibi-
que ann. Frustra igitur Fische-
rus defendit alteram lectionem
δημουργιῶν, praesertim quum
non videatur docuisse, quod probare
voluit, δημάρχους etiam no-
mine δημουργῶν Athenis appel-
latos esse. — Ceterum de con-
iurationibus et sodalitatibus inde
a bello Peloponnesiaco cum in
universa Graecia, tum Athenis
praecipue coortis egregie expo-
suit Hermann. Antiquitat.
Publ. §. 70. — Ἐπιεικῆς non
raro opponitur v. φαῖλος, ut si-
gnificet bonum, aequum, li-
beralem, iustum.

ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἦα] No-
tabis hunc usum voc. ἐνταῦθα,
qui deinde statim redit in vv.
ἐνταῦθα ἦα. Phileb. p. 57. B.

ἑαυτοῦ μηδενὸς ἐπιμελεῖσθαι, πρὶν ἑαυτοῦ ἐπιμελη-
θῆναι, ὅπως ὡς βέλτιστος καὶ φρονιμώτατος ἔσοιτο,
μῆτε τῶν τῆς πόλεως, πρὶν αὐτῆς τῆς πόλεως· τῶν
τε ἄλλων οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελεῖσθαι.
τί οὖν εἰμι ἄξιος παθεῖν τοιοῦτος ὢν; ἀγαθὸν τι, D
ὡ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ δεῖ γε κατὰ τὴν ἀξίαν τῇ
ἀληθείᾳ τιμᾶσθαι· καὶ ταῦτά γε ἀγαθὸν τοιοῦτον,
ὅ τι ἂν πρόεποι ἐμοί. τί οὖν πρόπει ἀνδρὶ πένητι

D. εἰ δεῖ γε κατὰ τ. ἀ.] Sic Coisl. Vind. 3. Flor. b. Vulgo
εἰ δὴ γε. In multis codd. est εἰ δὲ γε. Dein pro τιμᾶσθαι, quod
item ex Coisl. revocatum, vet. edit. τιμᾶσθε. Locum pristinae
sanitati restituit Bekker.

δοκεῖ τοίνυν ἐμογε οὗτος ὁ λό-
γος — ἐνταῦθα προβεβηκέναι.
De republ. p. 445. B: ἐπειπερ
ἐνταῦθα ἐηλύδαμεν. Ibid. C.
ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν
τοῦ λόγου. Menexen. p. 248. C:
ἐνταῦθα τὸν νοῦν τρέποντες.
Xenoph. Anab. I. 10, 13. ἐπεὶ
δὲ καὶ ἐνταῦθ' ἐρόρουσι οἱ Ἑλ-
ληνες. Sophocl. Philoctet. v.
377: ὁ δ' ἐνθάδ' ἦκων, καίπερ
οὐ δύσοργος ὢν, δηχθεὶς πρὸς
ἂ ἔηκουσεν ἂδ' ἠμείψατο. Plura
dedi ad Gorg. p. 494. E. A m-
monius p. 51. ἐνταυθοὶ καὶ ἐν-
ταῦθα καὶ ἐνθάδε διαφέρει. ἐν-
ταυθοὶ μὲν γὰρ τὴν ἐν τόπῳ (leg-
eis τόπον) σημασίαν δηλοῖ. ἐν-
ταῦθα δὲ καὶ τὴν ἐν τόπῳ καὶ
τὴν εἰς τόπον. ὁμοίως καὶ τὸ ἐν-
θάδε. Nimirum contraria in his
locis obtinet ratio et quodam-
modo opposita ei, quam supra
ad c. XXII. p. 33. D. illu-
stravi. Quemadmodum enim il-
lic ostendimus adverbii motum
in locum indicantibus per quan-
dam notionum confusionem verba
quietem significantia adiungi so-
lere: ita vicissim verbis, quae
motum indicant, adduntur ad-
verbia statum et quietem, non
motum, proprie significantia.
Quod et ipsum exinde explicari
debet, quod Graeci, qua erant

mentis ingenique velocitate, plu-
res easque diversas notiones uno
eodemque membro orationis so-
lebant concludere et quasi coar-
ctare.

ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον
ἰὼν — ἦα] Memorabilis est
haec orationis redundantia. Nam
participium ἰὼν nemo non videt
omitti potuisse. Praeterea ἐν-
ταῦθα ἦα post ἐπὶ δὲ τὸ —
εὐεργετεῖν illatum pro vulgari
ἐπὶ τοῦτο ἦα. Nam pronomem
ita inferri constat. Vereor tam-
en, ne frustra locum tentave-
rint critici, ut ne Hermanno
quidem suffragemur, verba ἐν-
ταῦθα ἦα efficienda esse existi-
manti.

οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν
τρόπον] Etiam haec ἐκ παρα-
λήλων posita sunt. Similia col-
legit Astius ad Legg. p. 24.

D. ἀνδρὶ πένητι εὐεργέ-
τη] Cognomine εὐεργέτουorna-
bantur ii, qui bene meriti essent
de civitate. Dorvillius ad
Chariton. p. 317. ed. Lips. „Viri
principes, immo reges, repu-
blicae Atheniensis εὐεργέτας τοῦ
δήμου γραφῆναι ceu eximium
decus adfectaverunt. Xenoph.
de reid. 923. Lysias 20. p.
365. Suidas in στήλῃ. Antiqua
monumenta affluunt exemplis. v.

εὐεργέτη, δεομένῳ ἄγειν σχολὴν ἐπὶ τῇ ὑμετέρῃ παρακελεύσει; οὐκ ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι, πολὺ γε μᾶλλον ἢ εἰ τις ὑμῶν ἵππῳ ἢ ξυνορίδι ἢ ξεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσιν. ὁ μὲν γὰρ ὑμᾶς ποιεῖ εὐδαιμόνας δοκεῖν εἶναι, ἐγὼ δὲ εἶναι· καὶ ὁ μὲν τροφῆς οὐδὲν δεῖται, ἐγὼ δὲ δέομαι. εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι, 73 τούτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως.

Cap. XXVII. Ἴσως οὖν ὑμῶν καὶ ταυτὶ λέγων παρακλησίως δοκῶ λέγειν ὡς περὶ τοῦ οἴκτου καὶ

E. τιμῶμαι, ἐν πρυτ. σιτήσεως] V. τιμῶμαι, τῆς ἐν πρυτ. σιτήσεως. Articulum om. Bodl. Vat. Coisl. Ven. La. b. Ang. Par. CEH. Vind 1. 2. 4. 5. 6. Flor. a. b. c. d. g. h. Zitt. Mox vet. editi. rursus ἀπανθαδιζόμενος, quod e multis mutatum codd. est. P. 37. A. ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι.] ἄνδρες om. Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. g. h. conf. ad p. 32. B.

Gisbert. Cuperum ad Mar-mor. Antiq. post Homerī Apo-theosin p. 284. Cuperum ad-das Meierum Comment. De proxenia, Halis, 1843. 4. p. 10. et p. 15. qui copias ex Inscr-ptionibus nuper publicatis hanc in rem plurimas collegit.

μᾶλλον πρέπει οὕτως, ὡς —] Dicendum fuit aut ὅ τι μᾶλλον πρέπει ἢ τὸν τ. ἄ. κ. λ. aut ὅ τι πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τ. κ. λ. Sed utraque structura coniuncta dixit μᾶλλον οὕτως ὡς, liberiore orationis confor-matione, quali Graeci saepis-sime utuntur. Sic supra legitur p. 30. B: μήτε σωματίων ἐπιμε-λεισθαι μήτε χρημάτων πρότερον οὕτω σφόδρα, ὡς τῆς ψυχῆς. Alium locum comparavit For-sterus, De republ. VII. p. 526. C: καὶ μήν, ὡς ἐγώμαι, ἃ γε μείζον πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελεῶντι, οὐκ ἂν ῥαδίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὖροις, ὡς τούτο. Duo praeterea exempla huius stru-

cturae attulit Heusdius Specim. crit. p. 12. Min. p. 318. E: οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τούτου ἀσεβέστερον ἔστιν, οὐδ' οὕτω γῆ μᾶλλον εὐ-λαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν. Eryx. p. 392. C: ὑπὸ δὲ τῶν μικρῶν τούτων ἂν μᾶλλον ὀρ-γίζοντο οὕτως, ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἴησαν.

ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι] „Prytaneum erat locus in arce, ubi et Solonis leges asservabantur: v. Pausan. I. 18.: et ci-vibus de republica optime meritis victus quotidianus praebe-batur publice: h. e. σιτεῖσθαι: qui quidem honos apud Graecos maximus habebatur. v. Cic. Orat. I. 54. Demosth. de falsa leg. p. 231. Aeschin. de f. leg. p. 267. T. II. Tayl. Pol-lux. IX. 40. Gruter. Inscriptt. p. 460. I. et Schol. Aristoph. ad Equit. p. 199. Bas.“ Fis-cherus. Idem recte docuit ἵππον h. l. intelligi κέλητα, equum singularem, qui ab

τῆς ἀντιβολήσεως, ἀπανθαδιζόμενος· τὸ δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιοῦτον, ἀλλὰ τοιόνδε μᾶλλον. πέπεισμαι ἐγὼ ἐκὼν εἶναι μηδένα ἀδικεῖν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ὑμᾶς τούτο οὐ πείθω· ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀλ-λήλοις διειλέγεσθαι· ἐπεὶ, ὡς ἐγώμαι, εἰ ἦν ὑμῶν νό-μος, ὡς περὶ καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις, περὶ θανάτου μη- μίαν ἡμέραν μόνον κρῖνειν, ἀλλὰ πολλὰς, ἐπέισθητε ἂν· νῦν δ' οὐ ῥαδίον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας δια-βολὰς ἀπολυεσθαι. πεπεισμένος δὲ ἐγὼ μηδένα ἀδι- κεῖν πολλοῦ δέω ἐμαυτὸν γε ἀδικήσκειν καὶ κατ' ἐμαν- τοῦ εἶναι αὐτός, ὡς ἀξίός εἰμι τοῦ κακοῦ, καὶ τιμῆ-

ὡς περὶ καὶ ἄλλοις] V. ὡς περ, invitis codd. omnibus. μίαν ἡμέραν μόνον] V. μίαν μόνον ἡμέρ. quod e Bodl. Vat. a. b. Vindobb. et Florentinis, aliisque plurimis mutatum. Bekkerus e Par. DS. dedit μίαν ἡμέραν μόνον. B. πεπεισμένος δὲ ἐγώ] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Vulgo πεπεισμένος δ' ἐγώ. ἀξίός εἰμι τοῦ κακοῦ] Libri τοῦ κ. v. ann.

uno sessore regatur, v. Scheffer. de re vehic. I. 8. p. 85 sq. Ξυνορίς autem sunt bigae, et ζεύγος trigae et quadrigae. v. Suidas, He-sychius, Phavorinus s. h. vv. Ceterum de prytaneis veteris Graeciae v. Hermann. Antiquitat. Publ. §. 5. et §. 36. Müller. Dorienss. II. 134 sqq. — Pro v. νενίκηκεν Ὀλυμπίασι fere dicitur νενίκηκεν Ὀλύμπια. Sed eodem modo Isocrat. de Big. p. 351. C. et p. 357. B: Ὀλυμπίασιν ἐνίκηκεν.

ὁ μὲν γὰρ ὑμᾶς — δοκεῖν εἶναι] Opponuntur inter se δο- κεῖν εἶναι et εἶναι, i. e. ὄντως εἶναι. Itaque non videmus causam idoneam, cur quis cum Her-manno εἶναι post δοκεῖν tol- lendum censeat.

Cap. XXVII. P. 37. ὡς περὶ περὶ τοῦ οἴκτου καὶ τῆς ἀντιβολήσεως] Respicit ad c. XXIII., ubi dicebat nolle se aliorum reorum exemplum sequi, qui iudicibus moverent miseri-

cordiam (οἴκτου), nec commis- surum esse, ut iudices duplex rogaret, in qua re cernitur ἀντιβολήσις s. ἀντιβολία. Nam ut ἀντιβολεῖν idem valet quod ἀντιβόλῃσις idem est quod ἀντιβόλῃσις idem est quod ἀντιβόλῃσις. v. Thom. Mag. p. 75. De τὸ δὲ v. ad p. 23. A.

ἐκὼν εἶναι] h. e. quan- tum quidem a mea pende- bat voluntate. Non idem est, quod simplex ἐκὼν. v. Herm. ad Viger. p. 880. et Opuscul. I. p. 227 sq. Matthiae Gr. §. 545 Rost. Gr. c. 122. p. 653 ed. 7. coll. Lobeck. ad Phry- nich. p. 273 sq., qui docet Atticos hac formula potissimum in enun- tiationibus negantibus usos esse. ἀλλήλοις διειλέγεσθαι] Videlicet in prima parte libelli.

ὡς περὶ καὶ ἄλλοις ἀν-θρώποις] ut Lacedaemoniis, de quibus v. Thucyd. I. 132, 9. Plutarch. Ages. 32. Apophth. Lacon. p. 217. A. B. ubi plura Wytenbach.

B. ἀξίός εἰμι τοῦ κα-

σεσθαι τοιούτου τινὸς ἑμαυτῷ. τί δέισας; ἢ μὴ πάθω τοῦτο, οὐ Μέλητος μοι τιμᾶται, ὃ φημι οὐκ εἶδέναι οὐτ' εἰ ἀγαθὸν οὐτ' εἰ κακὸν ἐστίν; ἀντί τούτου δὴ ἔλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων, τούτου τιμησάμενος; πότερον δεσμοῦ; καὶ τί με δεῖ ζῆν ἐν δεσμοτηρίῳ, δουλεύοντα τῇ ἀεὶ καθισταμένῃ ἀρχῇ, τοῖς ἔνδεκα; ἀλλὰ χρημάτων, καὶ δεδέσθαι ἕως ἂν ἐκτίσω; ἀλλὰ ταῦτόν μοι ἐστίν, ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον· οὐ γὰρ ἔστι μοι χρήματα, ὁπόθεν ἐκτίσω. Ἀλλὰ

τί δέισας; ἢ μὴ π.] Libri τί δέισας, ἢ μὴ πάθω v. ann. ἔλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι] V. ἔλωμαι τι ὧν κτλ. Sed t. Bodl. Vat. Ven a. b., sex Vindobb., Flor. a. b. c. d. e. g. i. Par. BCDHS. Ang. Zitt. omittunt, et videtur sane grammaticorum in-

κοῦ] Ita post Koehlerum, Heindorfium et Bekkerum correximus vulg. ἄξ. εἰμι τον κακοῦ. Quam correctionem necessariam esse evincunt etiam verba cap. XXVIII: οὐκ εἶδισμαι ἑμαυτὸν ἀξιῶν κακοῦ οὐδενός. Pronomen indefinitum τις inter- dum substantivo suo anteponi non est quod dubites. Theocrit. Idyll. I. 32: ἔπιοσθεν δὲ γυνά, τί θεῶν δαίδαλα, τέτυκται, ubi v. Meinekins.

τί δέισας; ἢ μὴ πάθω —] Sententiae ratio exigebat, ut cum Stephano interrogandi notam poneremus et pro ἢ cum Heindorfio scriberemus ἢ. Quid metuens? sc. hoc faciam, ut mihi ipse poenam constituam. Num forte, ne illud mihi accidat etc.? Vulgatum, etamsi sic interpreteris: τί ἄλλο δέισας ἢ μὴ πάθω, tamen ferri non potest: certe quidem non illud ἦθος habet, quod haec oratio requirit.

οὐ Μέλητος μοι τιμᾶται] Notanda constructio verbi τιμᾶσθαι cum casu tertio personae, ut cap. XXVI. et cap. XXVIII. ubi de iudicibus: τοσοῦτον βούλεισθέ με τιμῆσαι. Nimirum activum semper de iudicibus dicitur, medium de actore et reo: quod tenendum est infra p. 37. C.

ἔλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων] Aut dicendum fuit ἔλωμαι τι τούτων ἃ εὖ οἶδα ὅτι κακά ἐστίν, aut ἔλωμαι τι τῶν, εὖ οἶδα, κακῶν ὄντων. Utamque structuram hic in unam conflatam videmus. Similiter Gorg. p. 481. D: αἰσθάνομαι οὖν σου ἐκάστοτε καίπερ ὄντιος δεινοῦ, ὅτι, ὅπως ἂν φῆ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῆ ἔχειν, οὐ δυναμένον ἀντικείμεν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου, ubi v. Heindorf. Ceterum cum codd. plurimis iisdemque optimis delevi quod vulgo post ἔλωμαι insertum legebatur pronomen τι, quod grammatico alicui deberi videtur, qui genitivi partitivi rationem explicare vellet.

C. τοῖς ἔνδεκα;] Undecimviri erant magistratus, quibus solebant tradi ad supplicium qui publice damnati essent. De munere et potestate eorum nuper copiose disputavit praeter Sluiter. Lectt. Andocid. p. 256 sqq. Ulricus ad calcem Dialogor. Plat. Menon. Criton. Alcibiad. I. et II. Gern. Fuerunt autem qui haec verba pro glossemate haberent prorsus importuno eaque delenda iudicarent: quam sententiam nuper amplexi sunt Heindorfius, Schleier-

δὴ φρυγῆς τιμῆσομαι; ἴσως γὰρ ἂν μοι τούτου τιμῆσαίτε. πολλὴ μὲντ' ἂν με φιλοφρυγία ἔχοι, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι, ὥστε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι, ὅτι ὑμεῖς μὲν ὄντες πολῖται μου οὐχ οἴοι τε ἐγένεσθε ἐνεργεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὑμῖν βαρύτεραι γεγόνασαι καὶ ἐπιφρονότεραι, ὥστε ζητεῖτε αὐτῶν νυνὶ ἀπαλλαγῆναι, ἄλλοι δὲ ἄρα αὐτὰς οἴσουσι ῥαδίως. πολλοῦ γε δεῖ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. καλὸς οὖν ἂν μοι ὁ βίος

ventum esse. Tenuit tamen Bekkerus.

C. ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον] V. δὴ νῦν, invitis codd. et praeter rectam rationem. Deinde Bodl. φ. τιμῆσομαι, quod Turicenses ediderunt. conf. p. 36. B.

macherus, Bekkerus, alii. Mihi non male retineri videntur, quum gravius significant molestam et invisam talis vitae conditionem. Accedit, quod Platotalia additamenta non aspernatur, ut ostendimus ad p. 23. E. De ael. i. e. ἐκάστοτε, v. ad p. 25. C. et Reip. II. p. 360. A. Quippe undecimviri annuum magistratum gerebant.

καὶ δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσω;] Δεδέσθαι, in vinculis publicis esse. Ceterum vel ex hoc loco intelligimus, saepe ita factum esse, ut qui pecunia multati essent, non prius e custodia emitterentur, quam pecuniam solvissent. Demosth. c. Timocr. p. 721. 1: εἰν ἀργυρίου τιμηθῆ, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίση. Adv. Mid. p. 529. 26., quos locos iam Forsterus laudavit. v. interpret. ad Nep. Miltiad. 7. et Cimon. I. Meier. et Schoemann. p. 743 sqq. εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι] De hoc indicativi usu v. ad cap. XII. extr. — Mox ζητεῖν est velle, cupere; v. Heusdii Specim. crit. p. 104 sq.

D. ἄλλοι δὲ ἄρα] alii vero scilicet patientur; h. e. non est consentaneum, ipsos hoc facturos esse. De his iam monui aliquid ad cap. XXIII. C.

Ceterum haec verba non amplius pendent e praecedenti ὅτι, sed addita sunt, quasi denno ordiatur oratio. Sententia haec est: valde cupiditas vivendi mentem mihi occaecaverit, si non possim intelligere, quum vos, licet cives mei, meam consuetudinem ferre non potueritis, nec futurum esse, ut exteri eam facile ferant. Itaque non est, cur quis cum J. Jac. Hottingero voculam μὴ ante δύνασθαι delendam arbitretur. Nam verba: ἄλλοι δὲ ἄρα — ῥαδίως, ironice accipienda esse liquet.

καλὸς οὖν ἂν μοι ὁ βίος εἶη — ζῆν] Haec ironice intelligenda esse nemo non sentiet. De proximis, ἐξέργεσθαι, non φεύγειν, dici, qui in exsilium eant, scita est Fischeri observatio, qui laudat Meursium Them. Attic. I. 16. Eodem modo statim post p. 37. E. et Criton. v. 45 B. 54. C. al. — ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως ἀμετέβησθαι est aliam cum alia civitate permutare, ex alia in aliam civitatem migrare. Accus. πόλιν, vulgo omissum, non dubitavimus cum Bekkero ex uno codice revocare. Sic Tim. p. 34. B: καὶ ὄλον καὶ τέλειον ἐκ τέλειον καὶ ὄλον σωμάτων σώμα ἐποίησεν.

εἴη ἐξεληθόντι τηλικῶδε ἀνθρώπων ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως ἀμειβομένῳ καὶ ἐξελαυνομένῳ ζῆν. εὐ γὰρ οἶδ' ὅτι, ὅποι ἂν ἐλθῶ, λέγοντος ἐμοῦ ἀκροῶσονται οἱ νέοι ὡσπερ ἐνθάδε. κἄν μὲν τούτους ἀπελαύνω, οὗτοι ἐμὲ αὐτοὶ ἐξελώσι, πείθοντες τοὺς πρεσβυτέρους· ἐὰν δὲ μὴ ἀπελαύνω, οἱ τούτων πατέρες τε καὶ οἰκεῖοι δι' αὐτοὺς τούτους.

Cap. XXVIII. Ἰσως οὖν ἂν τις εἴποι, Σιγῶν δὲ καὶ ἡσυχίαν ἄγων, ὦ Σώκρατες, οἴχ οἴός τ' ἔσσει ἡμῖν ἐξεληθῶν ζῆν; Τουτὶ δὴ ἐστὶ πάντων χαλεπώτατον πείσαι τινὰς ὑμῶν. ἐὰν τε γὰρ λέγω, ὅτι τῷ θεῷ ἀπειθεῖν τοῦτ' ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτ' ἀδύνατον ἡσυχίαν

D. ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως] πόλιν cum Bekkero ex uno g. inserui.

ὅποι ἂν ἐλθῶ] V. ὅπη, praeter fidem et auctoritatem plurimorum codicum.

E. Σιγῶν δέ] V. τε, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. correctum. Pro Ἰσως οὖν ἂν τις εἴποι Hirschig. arbitrio suo ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις, ut quod aurium scilicet suarum sensus flagitet!

P. 38. ἐὰν τ' αὐ λέγω] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6.

Alia id genus congressimus ad Tim. p. 33. A. et Menexen. p. 239. C. unde etiam πόλεως munietur nuper temere in fraudis suspicionem vocatum. De impleto verborum ordine conf. etiam ad Politic. p. 277. B. Euthyphron. p. 4. C. Menex. p. 299. D. Legg. VII. p. 824. A. Dein infinitivus ζῆν per epexegetin additus est praecedentibus verbis καλὸς—ὁ βίος εἴη, quod genus loquendi licet primo ad aspectu alicui mirum accidat, tamen re diligentius considerata nihil offensionis habet; nam καλὸς ἂν μοι βίος εἴη, si sensum formulae spectamus, nihil fere aliud significat quam καλὸν ἂν μοι εἴη, ut infinitivus ex illa lege dicendi positus sit, de qua exposuit Matthiae Gr. Gr. §. 535. b. Sic Plat. Men. p. 247. B: εἶναι τιμὰς γονέων—καλὸς θεσσαυρός. Eurip. Med. v. 145: τί δέ μοι ζῆν

εἴη κέρδος, h. e. τί μοι ἀφέλιμον. Itaque iungas verba hunc in modum: καλὸς οὖν ἂν μοι ὁ βίος εἴη ζῆν ἐξεληθόντι κτλ. Atque haec si vera est interpretatio, vix monere attinet, quid existimandum sit de Hirschigii audacia, qui edere non dubitavit ex coniectura sua: ἀμειβομένῳ καὶ ἐλαυνόμενῳ ζῆν προγῆς (indem ich aus einem Lande in das andere geiagt würde). Nam etsi locutio ipsa, quam invexit, proba est, qua usi sunt Lucian. Alex. 46. Aeschyl. Prom. 683. coll. Aristoph. Acharn. 235. tamen mutationem verborum Platonis minime esse necessariam sponte intelligitur. Nec vero ἐξελαυνόμενῳ quidquam offensionis habet, ad quod patet ex antecedentibus repetendum esse ἐξ ἄλλης καὶ ἄλλης πόλεως. Denique τηλικῶδε ἀνθρώπων dictum

ἄγειν, οὐ πείσεσθέ μοι ὡς εἰρωνευομένῳ· ἐὰν τ' αὖ 38 λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὃν ἀνθρώπων τοῦτο, ἐκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιῆσθαι καὶ τῶν ἄλλων, περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἀκούετε διαλεγόμενον καὶ ἐμαυτὸν καὶ ἄλλους ἐξετάζοντος, ὁ δὲ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπων, ταῦτα δ' ἐτι ἤτιον πείσεσθέ μοι λέγουσι. τὰ δὲ ἔχει μὲν οὕτως, ὡς ἐγὼ φημι, ὦ ἄνδρες, πείθειν δὲ οὐ ῥάδιον. Καὶ ἐγὼ αὐτὸ οὐκ εἰθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός. εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χοήματα, ἐτιμησάμην ἂν B χορημάτων ὅσα ἐμελλον ἐκτίσειν. οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην· νῦν δὲ—οὐ γὰρ ἔστιν, εἰ μὴ ἄρα ὅσον ἂν

Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo erat ἐὰν τ' αὐθις. Multi codd. cum Bas. 2. exhibent ἐὰν ταῦτα λ.

μέγιστον ἀγαθὸν ὃν] Additum nuper ὃν e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

ἐμοῦ ἀκούετε] V. ἰκούετε, quod e Bodl. et plurimis reliquis mutatum.

οὐ ῥάδιον] V. ῥάδια. Mutavimus e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST.

ut τηλικῶδε ἀνδρα Euthyd. 293. B.

κἄν μὲν τ. ἀπελαύνω] Videlicet dum eos meis sermonibus interesse non sino. — De futuro Attico ἐξελώσι v. Buttm. §. 86. p. 143. coll. Gramm. ampl. §. 95. 9. Rost. §. 64. p. 168. 6. ed. 7.

Cap. XXVIII. P. 38. τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὃν] Participium ὃν ex optimis codd. restitutum est. Quamquam etiam absolute poni verbum τυγχάνειν post Erfurdium demonstravit Lobecius ad Phrynich. p. 277.

ὁ δὲ ἀνεξέταστος—ἂν φρόπων] Pendent haec quoque ex praec. ὅτι, neque παρενθέτως interiecta sunt, quod putabat Fr. A. Wolfius. — De particula δὲ in verbis: ταῦτα δ'

ἐτι ἤτιον πείσεσθε, quae apodosis continent, cum vi quadam illata v. Hermann. ad Viger. p. 784 et 485. Matthiae Gr. Gr. §. 616. 3. et quae ad Legg. IV. p. 720. D. et Lachet. p. 184. D. collegimus. — De formula βίος βιωτὸς, vita vitalis, dicemus ad Criton. sect. VIII.

B. νῦν δὲ—οὐ γὰρ ἔστιν] Post νῦν δὲ intell. οὐ δύναμαι μοι τιμῆσασθαι χορημάτων. Loquendi genus copiosius illustravi ad Euthyphron. p. 72 sq. ed. Lips. Lachet. p. 184. D. Fuerunt autem qui coniuncte scribendum arbitrarentur: νῦν δὲ οὐ γὰρ ἔστι, quoniam Graeci pro ea, qua excelluerunt, cogitandi alacritate etiam in hac formula duo membra orationis in unum coniunxisse viderentur. Non repugnarem, si verum esset quod

ἐγὼ δυναίμην ἐκτίσαι τοσοῦτον βούλεσθέ μοι τιμῆσαι. ἴσως δ' ἂν δυναίμην ἐκτίσαι ὑμῖν μῶν ἀργυρίου· τοσοῦτον οὖν τιμῶμαι. Πλάτων δὲ ὅδε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ Κριτῶν καὶ Κριτόβουλος καὶ Ἀπολόδωρος κελεύουσί με τριάκοντα μῶν τιμῆσασθαι, αὐτοὶ δ' ἐγγυᾶσθαι· τιμῶμαι οὖν τοσοῦτον· ἐγγυηταὶ δ' ὑμῖν ἔσονται τοῦ ἀργυρίου οὗτοι ἀξιοχρεῶ.

C Cap. XXIX. Οὐ πολλοῦ γ' ἔνεκα χρόνου, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄνομα ἔξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βου-

C. ἀπεκτόνατε] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. D. Vulgo erat ἀπεκτονήκατε, de qua forma v. Bast. Epist. Crit. p. 242. ed. Lips.

εἰ οὖν περιεμ.] V. γούρ, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. D.S.T. emendavi. Servavit tamen Bekker.

scripsit Fritschius, vir amicissimus, Quaestion. Lucian. p. 64., multos esse locos, qui neque aposiopesis neque alias huiusmodi artes in se recipiant. Nunc vero, quum haec formula ubique πάθος quoddam habeat, quod nemo non videt mirum quantum illi rationi adversari, et quum ne unum quidem locum investigare potuerim, qui aposiopesis non facillime admittat, eam quam olim proposui, huius formulae explicationem etiamnum tueri licebit. Huc accedit, quod post τῶν δὲ haud raro plena infertur sententia, quam altera deinde illato γάρ subsequitur. Verum ut tollenda sit omnis post τῶν δὲ interpunctio, tamen originem dictionis eo, quo diximus, modo explicari oportere, concedendum erit. De re ipsa v. Diog. Laërt. II. 41. Dissentit Xenoph. Apol. §. 23. De qua discrepantia ad h. l. exposuerunt Forsterus et Fischerus, conf. etiam Boeckh. Oecon. Att. I. p. 411. ed. I.

αὐτοὶ δ' ἐγγυᾶσθαι] Intell. φασί, quod continetur praecedenti verbo κελεύουσι. Quam

loquendi formam testante Fischerus illustrarunt Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 492. Valckenar. ad Herodot. VII. 104. IX. 9. alii. — Etymol. M. Ἐγγυητής· ὁ ἀναδεχόμενος δίκην. De v. ἀξιοχρεῶς v. supra c. V.

Cap. XXIX. C. Οὐ πολλοῦ γ' ἔνεκα χρ.] Quae dehinc sequuntur, ea Plato Socratem locutum facit, quum iudices eum secundis sententiis damnassent. Quod quidem teste Diog. Laërt. II. 42. ita factum est, ut, quia Socrates superioris orationis vi et libertate animos iudicum magnopere offenderat, nunc octoginta iudices ad eorum partes accesserint, qui ipsum condemnassent. Quocirca si verasunt, quae ad p. 36. A. exposuimus, Socrates denique a iudicibus 360 condemnatus est, 140 suffragiis pro ipso latis. Ceterum etiam in hac parte orationis cernitur admirabilis quaedam dicentis libertas, constantia et magnitudo animi, ut Cicero verissime iudicaverit Socratem ita dixisse, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus vide-

λομένων την πόλιν λαιδορεῖν, ὡς Σωκράτη ἀπεκτόνατε, ἄνδρα σοφόν· γήσουσι γὰρ δὴ με σοφὸν εἶναι, εἰ καὶ μὴ εἰμί, οἱ βουλόμενοι ὑμῖν ὀνειδίζειν. εἰ οὖν περιεμείνατε ὀλίγον χρόνον, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἂν ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο· ὁρᾶτε γὰρ δὴ τὴν ἡλικίαν, ὅτι πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου, θανάτου δὲ ἐγγύς. λέγω δὲ [τοῦτο οὐ πρὸς πάντας ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐμοῦ καταψηφισαμένους θάνατον. λέγω δὲ καὶ τόδε D πρὸς τοὺς αὐτοὺς τούτους. ἴσως με οἴεσθε, ὦ ἄνδρες, ἀπορία λόγων ἐαλωκέναι τοιούτων, οἷς ἂν ὑμᾶς

ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο] Vulgo additum legitur ἐμὲ τεθνᾶναι δὴ, quod glossesma recte om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Par. DST. et Florentini.

τὴν ἡλικίαν] V. pessime ὁρᾶτε γὰρ δὴ εἰς τὴν ἡλικίαν, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. h. Par. DST. correctum.

retr.] esse iudicium. — Verba οὐ πολλοῦ γ' ἔνεκα χρόνου Steph. in marg. vertit: propter non longum temporis spatium, quod videlicet vitae meae superest, ut recte Fischerus explicat. Pervenerat enim Socrates iam ad extremam fere senectutem, siquidem iam septuaginta duos annos natus erat, ut ei parvum adhuc vitae spatium superesset. — ὄνομα ἔχειν proprie, bono sensu, laudari, celebrari: sed h. l. reprehendi, male audire. — Αἰτίαν ἔχειν proprie est accusari, reum esse: deinde vituperari, reprehendi, ut h. l. Saepissime tamen etiam dicitur pro laudari, dici, bono sensu. v. Casaubon. ad Athen. IX. 2. Quoniam autem formula ὄνομα καὶ αἰτίαν ἔχειν habet significationem passivam, propterea cum praepositione ὑπὸ construitur. Thucyd. VI. 46. in πολλῆν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. De ἀπεκτόνατε, morte condemnastis, v. ann. ad p. 29. B.

ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο] Videlicet ἐμὲ τεθνᾶναι δὴ, quod

additamentum ex glossemate in textum irrepsisse codicum testimonia evincunt. Heindorfius retineri quidem voluit: sed ita ut scriberetur: τὸ ἐμὲ τεθνᾶναι δὴ, in quo virum doctissimum fefellit opinio, ut videre licet ex iis, quae docuit Matthiae §. 468. b. — ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, sponte, etiamsi me non damnassetis morte.

πόρρω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου] h. e. aetatem meam eo provecctam esse, ut non longum reliquum sit vitae spatium. Similiter Plut. Vit. Demosth. p. 846. E. ὅψε ποτε καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας ἠψάμεθα Ῥωμαίοις γράμμασιν ἐντυγχάνειν, quem locum praeter alios laudavit Iacobsius. Gorg. 484. C. εἰν πόρρω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῆ.

D. οἷς ἂν ὑμᾶς ἐπεισα] h. e. quibus vobis persuasurus fuisset. — ἀπορία λόγων, inopia verborum, vel, ut Cicero Orat. I. 54. vocat, inscientia dicendi. Ceterum Cicero l. c. contrarium affirmat. Formula πάντα vel πᾶν

ἔπεισα, εἰ ᾤμην δεῖν ἅπαντα ποιεῖν καὶ λέγειν, ὥστε ἀποφυγεῖν τὴν δίκην. πολλοῦ γε δεῖ. ἀλλ' ἀπορία μὲν ἑάλωκα, οὐ μέντοι λόγων, ἀλλὰ τόλμης καὶ ἀναισχυντίας καὶ τοῦ ἐθέλειν λέγειν πρὸς ὑμᾶς τοιαῦτα, οἷ ἂν ὑμῖν μὲν ἤδιστ' ἦν ἀκούειν, θρηνοῦντός τέ μου καὶ ὀδυρομένου καὶ ἄλλα ποιῶντος καὶ λέγοντος

E πολλὰ καὶ ἀνάξια ἐμοῦ, ὡς ἐγὼ φημι· οἷα δὲ καὶ εἰθισθε ὑμεῖς τῶν ἄλλων ἀκούειν. ἀλλ' οὔτε τότε φήθην δεῖν ἕνεκα τοῦ κινδύνου πράξαι οὐδὲν ἀνελεύθερον, οὔτε νῦν μοι μεταμέλει οὕτως ἀπολογησαμένῳ, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αἰροῦμαι ὥδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν· οὔτε γὰρ ἐν δίκῃ

D. καὶ τοῦ ἐθέλειν λ.] V. καὶ τοῦ μὴ ἐθ. λ. quod retinuit Bekk. Omittunt μὴ Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Unde optimorum librorum auctoritate μὴ eieci. Nam per se vocula defendi potest, si interpreteris: inopia in eo posita; quod nolo dicere.

ὑμῖν μὲν ἤδιστ' ἦν] μὲν om. Bodl. Par. DST. Flor. g. Eiecerunt Turicensis. sed v. explic.

θρηνοῦντός τέ μου] V. θρηνοῦντός μου. quod ex optimis omnibus mutatum. Bekkerus scripsit ἰ' ἐμοῦ.

P. 39. ἀποθανεῖν ἕξον ἂν τις ἐκφύγοι] Deest ἕξον in

ποιεῖν est: omnia experiri; nihil intentatum relinquere; v. ad Euthyphr. p. 8. C. ubi item est: πάντα ποιῶσι καὶ λέγουσιν. Construitur formula cum ὥστε etiam Phaedon. p. 114. D. Xenoph. Hell. VI. I. 4. al. Alibi ὡς vel ὅπως subiicitur, ut mox p. 39. A. vel etiam additur participium, ut Euthyphr. p. 8. C. ubi subiungitur: φειγόντες τὴν δίκην. Mox post ὑμῖν μὲν int. ἀνάξια δ' ἐμοῦ, quod aliter enuntiatur.

E. τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν] Ad ἐκείνως intell. ἀπολογησάμενος. De usu verbi τεθνάναι v. ad cap. XVII. p. 30. B. — Paulo ante τότε est priusquam me condemnastis.

P. 39. ὅπως ἀποφεύγεται πᾶν ποιῶν θάνατον] Misere locum innocentem vexavit nuper Hirschig., qui facta verborum transpositione auda-

ciore scripsit et edidit: ἀποφεύγεται θάνατον πᾶν ποιῶν καὶ λέγων, ut scilicet hic quoque legeretur quod p. 38. D. Quasi vero πᾶν ποιεῖν etiam sine λέγειν aut non diceretur aut ad rem praesentem non satis esset.

ἂν τις τολμᾷ] h. e. si quis hoc facere a se impetrat, si quis eo impudentiae procedit, ut — Xenoph. Mem. II. 1, 3: τίς ἂν εὐφρονῶν τοῦ σου θιάσου τολμήσειεν εἶναι; Plat. Crit. sect. XV: ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμῆν ζῆν. Phileb. p. 13. D. ibique ann.

θάνατον ἐκφυγεῖν] De infinitivo pronomini τοῦτο per epexegetin subiecto v. Matth. §. 468. b. — Ad πονηρίαν, quod sequitur, supple ἐκφυγεῖν.

B. ἄτε βραδὺς ὢν καὶ πρ.] Alludit fortasse ad Odys. VIII. 329., ubi poeta sapientis-

οὔτ' ἐν πολέμῳ οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον οὐδένα δεῖ τοῦτο μηχανᾶσθαι, ὅπως ἀποφεύγεται πᾶν ποιῶν θά- 39
νατον. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάχαις πολλάκις δῆλον γίνε-
ται, ὅτι τό γε ἀποθανεῖν ῥᾶον ἂν τις ἐκφύγοι καὶ
ὄπλα ἀφείς καὶ ἐφ' ἰκετεῖαν τραπόμενος τῶν διωκόν-
των· καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πολλαὶ εἰσιν ἐν ἐκάστοις
τοῖς κινδύνοις, ὥστε διαφεύγειν θάνατον, ἂν τις τολ-
μᾷ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν. ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ἢ χα-
λεπόν, ὧ ἄνδρες, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χα-
λεπότερον πονηρίαν· θάττον γὰρ θανάτου θεῖ. καὶ
νῦν ἐγὼ μὲν ἄτε βραδὺς ὢν καὶ πρεσβύτης ὑπὸ τοῦ B
βραδυτέρου ἑάλων, οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι ἄτε δεινοὶ

Ven. b. Vind. 3. 6. Flor. a. b. c. e. g. h. i. Coisl. Ang. Par. BCDEHST. Servat tamen illud Bodl., qui scriptum exhibet ῥᾶιον, una cum Vat. aliisque bonis codd. Nimirum non pro comparativo, sed pro positivo accipiendum est, de quo usu v. Lobeck. ad Phryn. p. 403. Deinde loco vulg. τραπέσις e Bodl. Coisl. Vat. Ven. b. Vind. 3. 4. 6. Flor. d. e. h. Par. DST. aliis, τραπόμενος scriptus.

μηχαναὶ πολλαί] Sic optimi pro vulg. πολλαὶ μηχαναί.

B. οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo οἱ δέ μου κ.

simus generalem infert sententiam: Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κινδύνου τοὶ βραδὺς ἀκύν; non fortunant vel beant mala facinora; tardusque assequitur celerem. Conferri potest etiam locus *Iliad.* IX. 498 sqq. de *Ἄττης* sive Noxae celeritate atque *Διῶν* tarditate. Quod vero ἄτε ante βραδὺς ὢν et δεινοὶ καὶ ὄξεις interponitur, sententia haec est: Quum mors tardior, improbitas autem velocior sit, nunc ita factum est, ut ego, utpote tardus et senex, a morte sim captus; adversarii autem mei, quippe qui validi sint et veloces, improbitatem nacti sint ipsos persequentem. Quippe utraque, et mors et improbitas, dicitur eum assequuta, quem pro virum ratione facilius posset consequi atque capere. Re-

feruntur vero ad se invicem βραδὺς καὶ πρεσβύτης et δεινοὶ καὶ ὄξεις, ita quidem, ut per chiasmum vocabulo πρεσβύτης opponatur δεινοί, quippe quod designet iuvenilem vim atque vehementiam; ad βραδὺς autem pertineat ὄξεις. Pro δεινοί quod non dixit νέοι, sicuti scriptum voluit vir doctus in *Annal. Litter. Jenens.* a. 1817. p. 153., accusatores et iudices, qui Socratem condemnaverant, certe non omnes simpliciter νέοι poterunt appellari. Nec vero sine causa Socrates eos vocat potius δεινοῦς, etiamsi de robustiore ipsorum aetate velit cogitari. Chiasmi istius exempla notavimus ad *Phaedr.* p. 230. A. *Theaet.* p. 140. E. *Parmen.* p. 131. A. *De Rep.* II. p. 370. E. VI. p. 494. E. *Pol.* 261. D. *Sympos.* p. 186. A. al. Ceterum iudit in ambiguitate verbi ἀλώμαι,

καὶ ὄξεισ ὄντες ὑπὸ τοῦ θάττονος, τῆς κακίας. καὶ νῦν ἐγὼ μὲν ἀπειμι ὑφ' ὑμῶν θανάτου δίκην ὄφλων, οὔτοι δ' ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφλητότεσ μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν. καὶ ἐγωγε τῷ τιμήματι ἐμμένω, καὶ οὔτοι. Ταῦτα μὲν οὖν μου ἴσως οὔτω καὶ ἔδει σχεῖν, καὶ οἶμαι αὐτὰ μετρίως ἔχειν.

Cap. XXX. Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησιμωδῆσαι, ὃ καταφημισάμενοί μου· καὶ γὰρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστα ἄνθρωποι χρησιμωδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. φημί γάρ, ὃ ἄνδρες, οἱ ἐμὲ ἀπεκτόνατε, τιμωρίαν ὑμῖν ἤξειν εὐθύσ μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολὺ χαλεπωτέραν νῆ Αἰ' ἢ οἶαν

καὶ νῦν ἐγὼ ἄπ.] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Vett. editt. καὶ νῦν δὴ ἐγώ. Deinde vulgo erat ἀφ' ὑμῶν, quod e Basil. 2. et Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. CD et rec. B. Ven. b. corr. mutatum.

καὶ ἐγωγε τῷ τιμήματι] Bekkerus cum Turicenss. de coniectura Heindorfii corr. καὶ ἐγώ τε τ. τ. invitis libris omnibus. Etiam Ficinus: atque ego quidem poenae acquiesco, et isti. Dein οὖν post Ταῦτα μὲν om. Bodl. Par. ADST. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. d.

C. ἐμὲ ἀπεκτόνατε] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. g. h. Par. DST. Prave vulgo εἰ με ἀποκτενεῖτε. Sensus est: qui me capitis condemnastis.

ἢ οἶαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε] V. ἀπεκτείνετε. Perfectum tempus, quod unice sententiae convenit, Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6., alii multi, suppeditarunt.

τοῦτο εἰργασθε] εἰργάσαθε Bodl. Par. DST. Vind. 1.

quod dicitur cum de eo, quem quis currendo assecutus est. et cepit, tum de eo, qui caussa cecidit et condemnatus est, τῆς κακίας autem ut in altero membro adderetur, perspicuitatis rationes flagitaverunt.

θάνατον δίκην ὄφλων] h. e. morte multatus. Dictionem, satis frequentatam, exemplis illustrarunt Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 262. et Pierson. ad Moer. p. 426 sq. Ludens autem in eiusdem verbi usu addit ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφλητότεσ μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν, h. e. a veritate improbitatis et iniustitiae

convicti et condemnati. — τῷ τιμήματι ἐμμένω, h. e. ego paratus sum ad poenam subeundam, qualis a vobis aestimata est. Fischerus. — μετρίως ἔχειν i. q. εὖ, ὀρθῶσ. Nam μέτρια dicuntur quaecunque conveniunt alicui, quae decent aliquem. v. Graevius et Heinsius ad Hesiod. Opp. et DD. v. 306. coll. annot. ad Phaedon. p. 87. D. 96. D. Crit. p. 46. C.

Cap. XXX. C. ἐν ᾧ μάλιστα ἄνθρωποι χρησιμωδοῦσιν] Veteres credidisse animum, appropinquante morte, fieri diviniorem, atque morientes divi-

ἐμὲ ἀπεκτόνατε. νῦν γὰρ τοῦτο εἰργασθε οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι τοῦ διδόναι ἐλεγχον τοῦ βίου. τὸ δὲ ὑμῖν πολὺ ἐναντίον ἀποβήσεται, ὡσ ἐγὼ φημι. πλείουσ ἔσονται ὑμᾶσ οἱ ἐλέγχοντες, οὓσ νῦν ἐγὼ κατεῖχον, ὑμεῖσ δὲ οὐκ ἠσθάνεσθε· καὶ χαλεπωτέροισ ἔσονται ὅσσο νεώτεροισ εἰσ, καὶ ὑμεῖσ μᾶλλον ἀγανακτήσετε. εἰ γὰρ οἴεσθε ἀποκτείνοντεσ ἄνθρώποισ ἐπισχῆσειν τοῦ ὀνειδίξειν τινὰ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ὀρθῶσ ζῆτε, οὐκ ὀρθῶσ διανοεῖσθε· οὐ γὰρ ἐσθ' αὐτῆ ἢ ἀπαλλαγῆ οὔτε πάνν δυνατῆ οὔτε καλῆ, ἀλλ' ἐκείνη καὶ καλλίστη καὶ ὀρώστη, μὴ τοὓσ ἄλλοισ κολούειν, ἀλλ' ἑαυτὸν παρα-

4. 6. Vat. Flor. g. h. qui tamen partim εἰργασθε in marg. habent. Aoristus placuit Turicensibus et Herm. Post οἰόμενοι Herm. μὲν inseruit narrans in Bodl. με scriptum exstare. De quo nihil Gaisford. narrat.

D. οἴεσθε ἀποκτείνοντεσ] Steph. ἀποκτείναντεσ, sine codicum suffragio, ut videtur.

οὐκ ὀρθῶσ διανοεῖσθε] V. οὐ καλῶσ δ., quod e Bodl. Coisl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. BCDHST. Ang. mutare non dubitavi. Non enim vi sua et efficacia caret haec verborum eorundem repetitio. Vulgatum tenuit Bekker.

οὐ γὰρ ἐσθ' αὐτῆ] V. οὔτε, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. g. h. Par. DST. et rec. B. correctum.

ἑαυτὸν παρασκ.] V. αὐτόν, quod ex optimis codd. emendatum.

nare et augurari futura, etiam e Cicerone constat Divin. I. 30. ubi v. interpp. conf. etiam Phaedon. p. 84. E. sqq. Itaque verba: ἐν ᾧ μάλιστα χρησιμωδοῦσιν explicantur per ὅταν μ. ἀποθανεῖσθαι, in quo nemo quisquam, nisi qui pravis argutiis intempestive delectetur, temere haerebit. Haesit tamen Hirschgius, qui haec quoque extermavit. Pro ἄνθρωποι qui ἄνθρωποι scribendum censuit, usum loquendi ignoravit, de quo ad Protagor. p. 355. A. Remp. X. p. 603. C. 619. B.

ἢ οἶαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε] h. e. quam qua me affeci-

stis, quum me capitis condemnaveritis. Notandum est hoc loquendi genus, e brevitatis studio oriundum, nec vero iam corrigendum ἢ δι' οἶαν. — τοῦ διδόναι ἐλεγχον τοῦ βίου, h. e. ne vita vestra exploretur, eoque reprehendatur. Sequuntur enim verba: πλείουσ γὰρ ἔσονται ὑμᾶσ οἱ ἐλέγχοντεσ. Dictionem διδόναι ἐλεγχόντων ad Gorg. p. 474. B. et Phaedr. p. 273. C. illustravimus.

D. καὶ χαλεπωτέροισ] De omisso τοσούτω v. ad p. 30. A. cap. XVII. — Μοχ ἀποκτείνοντεσ ἄνθρώποισ est eo

σχευάζειν, ὅπως ἔσται ὡς βέλτιστος. Ταῦτα μὲν οὖν ὑμῖν τοῖς καταψηφισαμένοις μαντευσάμενος ἀπαλλάττομαι.

E Cap. XXXI. Τοῖς δὲ ἀποψηφισαμένοις ἡδέως ἂν διαλεχθεῖην ὑπὲρ τοῦ γεγονότος τουτουῖ πράγμα-
τος, ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι καὶ οὐπω ἔρ-
χομαι οἱ ἐλθόντα με δεῖ τεθνᾶναι. ἀλλὰ μοι, ὦ ἄν-
δρες, παραμείνατε τοσοῦτον χρόνον· οὐδὲν γὰρ καλύει
40 ὡς φίλοις οὖσιν ἐπιδειξάι ἐθέλω τὸ νυνὶ μοι ξυμβε-

P. 40. τί ποτε νοεῖ] V. τί ποτ' ἐνοεῖ, contra loquendi consuetudinem et optimorum codicum omnium auctoritatem.

quod homines interfici-
tis. Non audiendus est Fische-
rus, qui rem ipsam ait postu-
lare aoristum.

μη̄ τοὺς ἄλλους κολού-
ειν] Κολούειν proprie est am-
putare, mutilare: deinde
impedire ne quid perfici-
atur, frangere impetum
alicuius, cohibere alicui-
us vim et voluntatem, ne
faciat quae facere cona-
tur, ut h. l. Verbi usum illu-
stravit Arnaldus Animadverss.
p. 60. Lectt. p. 87. Pierson.
Verisimil. p. 37 sq. et Fische-
rus ad h. l. Itaque ex interpre-
tatione fluxit, quod in libris non-
nullis legitur, κολύειν. Certe
Hesychius: κολούει· κολύει.

ὅπως ἔσται ὡς β.] Sc. αὐ-
τὸς ὁ ἐάντων παρασκευάζων.
Etenim refertur hoc ad τινά,
quod continetur in infinitivo
aliunde suspenso, v. ad p. 29.
A. Sic etiam αὐτὸς interdum ad
subiectum indefinitum, quod in
infinitivo praecedenti latet, re-
ferri ostendimus ad Gorg. p.
469. C. et 520. E.

Cap. XXXI. E. ὑπὲρ τοῦ
γεγ. τ. πρ.] Eleganter dicit
ὑπὲρ, non περί, quod nuperus

editor Batavus mero arbitrio
suo edidit, quoniam iis, qui
ipsum absolvisent, ostensurus
est, quidnam boni ex hac con-
demnatione sua oriturum sit.
Itaque iam pro hac re dispu-
tare instituit.

ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολί-
αν ἄγουσι] h. e. dum un-
decimviri occupati sunt.
Videlicet iudices tradebant un-
decimviris eos, qui ad suppli-
cium damnati essent. Hos igitur
oportebat ministris suis im-
perare, ut damnatum in carcerem
abducerent et sumerent ab
eo supplicium, quod constitutum
esset. De ἐν ᾧ interea dum
significante v. ad Remp. VI. p.
490. B. Theaet. p. 196. E. p.
190. E. — οἱ ἐλθόντα —
τεθνᾶναι i. e. eis τὸ δεσμο-
τήριον. — Mox διαμυθολογή-
σαι est confabulari, h. e.
disserere, colloqui, ut
Phaedon. p. 70. B. ἀλλὰ τί δὴ
ποιῶμεν; ἢ περὶ αὐτῶν τούτων
βούλει διαμυθολογῶμεν, εἴτε εἰ-
κὸς οὕτως ἔχει, εἴτε μή; Legg.
I. p. 632. E. al. Vide quae de
hoc verbi usu diximus ad Phae-
don. p. 61. E.

P. 40. ἢ γὰρ εἰωθυῖά μοι

βηχὸς τί ποτε νοεῖ. Ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί —
ὑμᾶς γὰρ δικαστὰς καλῶν ὀρθῶς ἂν καλοῖην —
θαυμάσιόν τι γέγονεν. ἢ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντική
ἢ τοῦ δαιμονίου ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντί
πάνν πυκνὴ αἰεὶ ἦν καὶ πάνν ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιου-
μένη, εἴ τι μέλλομι μὴ ὀρθῶς πράξαι· νυνὶ δὲ ξυμ-
βέβηκέ μοι, ἄπερ ὄρατε καὶ αὐτοί, ταυτί, ἃ γε δὴ
οἰηθεῖη ἂν τις καὶ νομίζεται ἔσχατα κακῶν εἶναι.
ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιώντι ἔωθεν οἰχοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ
θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἠνίκα ἀνέβαινον ἐντανθοῖ, ἐπὶ τὸ B
δικαστήριον, οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι

B. οὐδαμοῦ μέλλοντί τι εἶρεῖν] V. οὔτε ἐν τῷ λόγῳ οὐ-
δενί, μέλλοντί τι εἶρεῖν. quod e Bas. 2. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. I.
4. 6. aliis plurimis correximus.

μαντικὴ ἢ τοῦ δαιμονίου] Non assentior Schleierma-
chero, qui verba ἢ τοῦ δαιμο-
νίου pro glossemate habet pro-
pterea, quod Plato alibi rem
ipsam τὸ δαιμόνιον appellare
soleat: ubi autem nomine sub-
stantivo, veluti μαντικῆ, φωνῆ,
σημεῖον, idem significet, ibi τοῦ
θεοῦ potius quam τοῦ δαιμο-
νίου addere soleat. Nam etiam-
si non reperitur locus huic
omni ex parte similis, tamen,
quod libri omnes tumentur, satis
tutum existimo: quin etiam, si
deesset, magnopere desideratum
iri arbitror. Obscurius enim di-
ctum foret ἢ εἰωθυῖά μοι μαν-
τικῆ, quia dubitari posset, quam-
nam μαντικῆν intelligeret. Ita-
que addit ἢ τοῦ δαιμονίου, h. e.
ea, quam daemone illi, de
quo mentionem supra inieci,
debeo. Neque vero ἢ
μαντικῆ indicat rem ipsam,
quam Socrates δαιμόνιον suum
commemorans solebat cogitare;
sed potius effectum quendam
daemonii significat. — Mox ad-
vertas collocationem verborum
πάνν ἐπὶ σμικροῖς. Videlicet πάνν
habet τόπων. Sic Euthyd. p.
305. C: πάνν παρὰ πολλοῖς.

Phaedon. p. 110. C: καὶ πολὺ
ἐπὶ ἐκ λαμπροτέρων. Reipubl. IX.
p. 509. B: πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ
διέδρω. Euthyphr. p. 14. E:
πολὺ διὰ βραχυτέρων. Cratyl. p.
413. C: πολὺ ἐν πλείονι ἀπορίᾳ.
Plura dabit Bornemann. ad
Xenoph. Sympos. p. 46. — εἴ τι
μέλλομι, h. e. quotiescun-
que in eo essem, ut etc. De
hac daemone vi conf. ad p. 41. D.

ἢ γε δὴ οἰηθεῖη ἂν τις
καὶ νομίζεται] h. e. et re-
vera gravissima malorum existi-
mantur. Nam ita verbum νομι-
ζεται explicandum, quod fuerunt
qui temere sollicitarent propter
praecedens οἰηθεῖη ἂν τις. De
pronomine relativo ad verba di-
versae constructionis referendo
v. Matthiae §. 428. 2. et 474.
d. Ad proxima compares Cic.
De divin. I. 54. Illud tamen
eius philosophi (Socratis)
magnificum ac paene di-
vinum, quod, quum impiis
sententiis condemnatus
esset, aequo animo se di-
xit mori; neque enim domo
egredienti neque illud
suggestum, in quo caus-
sam dixerat, adscendenti
signum sibi ullum, quod

ἐρεῖν· καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δὴ με ἐπέσχε λέγοντα μεταξὺ. νυνὶ δὲ οὐδαμοῦ περὶ αὐτὴν τὴν πράξιν οὐτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὐτ' ἐν λόγῳ ἠναντιώται μοι. τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω; ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ· κινδυνεύει γὰρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. μέγα μοι τεμῆριον τούτου γέγονεν· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ

περὶ αὐτὴν τὴν πρ.] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6 Flor. d. g. h Par. DST. quod verum esse arguit vel praegressum ἐμοὶ δὲ οὐτε ἐξ κτλ. Vett. editt. περὶ ταύτην τ. πρ., quod retinuit Bekkerus probante Herm. Deinde loco vulg. ἠναντιώθη ex iisdem codd. ἠναντιώται restituiimus.

C. τεμῆριον τούτου] V. τοῦτο, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. d. g. Par. DST.

μετοίκησης τῆ ψυχῆ] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor.

consuesset, a deo quasi mali alicuius imprudentis datum.

B. λέγοντα μεταξὺ] h. e. eo ipso tempore, quo dicebam, inter dicendum; mitten im Reden. Theag. p. 128 E. λέγοντος σοῦ μεταξὺ γέγονέ μοι ἡ φωνὴ ἢ τοῦ δαιμονίου. De republ. 1. p. 336 A: καὶ διαλεγόμενων ἡμῶν μεταξὺ ὄρμα ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου. Plura dabunt Reizius ad Lucian. T. I. p. 730 Wesseling. ad Herodot. IV. p. 350. Vigerus de Idiot. p. 418 sq. Astius ad Polit. 349. cf. Rost. §. 130. not. 3. a.

τί οὖν — ὑπολαμβάνω;] Non est quod interrogandi notam cum commate permutemus, sicuti voluit Stephanus; quo facto oratio multum vigoris et alacritatis amittit. Solent enim apud Platonem ii, qui loquentes introducuntur, se ipsos interrogare ac deinde ad ea, quae dubia videantur, ipsi respondere. — Mox οὐκ ἔσθ' ὅπως est nullo modo. cf. Matth. §. 482. 2. De proximis verbis cf. Euthydem. p. 272. E: ἀνισταμένου δέ μου

ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.

Cap. XXXII. C. Ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῆδε —] Maximam huius sectionis partem descripsit Eusebius Praepar. Evang. p. 661 ed. Viger. et Stobaeus Sermon. 119. p. 606. Vertit item Cicero Tuscul. Disput. 1. 41. Initium eius laudat Theodoret. Therapeut. Serm. XI. p. 651. et huc denique respicit Plutarchus in Consolat. ad Apollon. p. 107. Forsterus.

Ἄνοῖν γὰρ θάτερον] Prorsus, ut hic Socrates apud Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 19. loquitur Cyrus moriens, cui Xenophon videtur Socraticam tribuisse sapientiam. Videtur enim haec sententia plane esse Socratica: nam in Phaedoue quidem aliisque libris Socrates non suam, sed Platonis doctrinam explicat. Ironiam in his verbis Socratis inesse statuit Cicero Tuscul. I. 42. recte dissentiente C. Fr. Hermanno Histor. Philos. Platon. I. p. 684 sq.

ἢ γὰρ οἶον μὴδὲν εἶναι] h. e. τοιοῦτόν τι ὥστε μὴδὲν εἶ-

ἠναντιώθη ἂν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μὴ τι ἐμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξιν.

Cap. XXXII. Ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῆδε, ὡς πολλῆ ἔλπις ἐστὶν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. Ἄνοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἶον μὴδὲν εἶναι μὴδ' αἰσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολὴ τις τυγχάνει οὐσα καὶ μετοίκησης τῆ ψυχῆ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἰσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἶον ὕπνος, D

d. g. h. Par. S. Vulg. τῆς ψυχῆς, quod etiam Bekk. retinuit. Dativum etiam propterea praefendum iudicavimus, quod haec loquendi forma grammaticis minus cognita fuit ideoque facile potuit in alteram illam mutari.

καὶ εἴτε δὴ μηδεμία] δὴ om. Bodl. Par. DST. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. Flor. d. h. Eiecerunt Turicenss. Nos aegre careamus vocula, quae ob insequens μὴ elisa videtur.

ναί, ut paullo inferius: εἰ δ' αὖ οἶον ἀποδημησάι ἐστὶν ὁ θάνατος. Eusebius et Theodoretus habent μὴδὲν τι εἶναι, unde Heindorfius μὴδὲν εἶναι legendum coniecit.

καὶ μετοίκησης τῆ ψυχῆ] — De dativo pro genitivo posito vid. Matth. §. 389. 1. — Pro μετοίκησης τοῦ τόπου etiamsi dici poterat μετοίκησης ἐκ τοῦ τόπου, tamen cavendum est, ne illud usui et consuetudini minus accommodatum esse putemus. Quum enim μετοικεῖν non solum cum praepositionibus construatur, sed etiam accusativum adsciscat ad indicandum locum, unde quis in alium proficiscitur, veluti apud Pausan. IV. 40. Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι, non minus recte μετοίκησης τόπον dicitur quam μετοίκησης ἐκ τόπου. Vide quae monui ad cap. XIV. Nec vero audiendum est Cobetus, qui Varr. Lectt. p. 300. verba τοῦ τόπου τοῦ εἰσι iubet. Nam τοῦ ἐνθένδε dictum est pro τοῦ ἐνταῦθα, quia substantivum verbale motum in locum significat. De simili usu praepositionum supra diximus;

adverbiorum rationem illustravit Heindorfius ad Gorgiam p. 472. B. ubi haec leguntur: ἢ Περικλέους ὄλη οἰκία ἢ ἄλλη συγγένεια, ἢ γινώσκων βούλη τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι. Conf. etiam Büttmanni Gr. §. 138. 8. et quae ad Phaedon. sect. XXII. in uberius exposuimus. Nec vero quisquam indicaverit origines talis glossematis, quale hic invenisse sibi visus est criticus. Praeterea idem pro μετοίκησης scribi iubet μετοίκησης. Sed μετοικεῖν est migrare in aliquem locum ibique collocare domicilium, ut Criton. p. 51. D. al. Itaque recte se habet μετοίκησης.

καὶ εἴτε δὴ μηδεμία] —] Particulae εἴτε ne quis putet nihil respondere, post longiorem orationis intercapedinem infra E. subiectum est εἰ δ' αὖ. De εἰ δὲ post εἴτε illato vide ad cap. IV. in. Itaque iniuria Hermannus correxit εἰ γὰρ, quod vereor ut nunc locum suum tueatur. Mortis cum nocte comparatio non infrequens. Catull. v. 5. Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est

ἐπειδὴν τις καθεύδων μὴδ' ὄναρ μὴδὲν ὄρα, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι, εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα, ἐν ἧ' οὕτω κατέδαρθην, ὥστε μὴδ' ὄναρ ἰδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτὶ δέοι σκεπόμενον εἰπεῖν, πόσας ἄμεινον καὶ ἥδιον ἡμέρας καὶ νύκτας ταύτης τῆς νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινα, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμητοὺς ἂν εὐρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας. εἰ οὖν τοιού-

D. πόσας ἄμεινον] V. δπόσας, in vitis optimis codicibus.
E. ἅπαντες οἱ τέρν.] V. πάντες, quod ex optimis libris omnibus mutatum. Etiam codd. Stobaei ἅπαντες. Dein ab editis libris Platonis vett. ἂν post τούτου εἴη abest, in vitis optimis codd.

perpetua una dormienda. Horat. Od. l. 28, 15. Sed omnes una manet nox, ubi v. in tpp. Item cum somno; v. Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 21. in tpp. ad Aelian. Varr. Hist. II. 35. Heynium ad Virg. Aen. VI. 278.

D. ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι] Pertinet ἂν ad infinitivum εὐρεῖν. Repetitum est autem propter parenthesis paullo longiorum, de quo usu v. Hermann. ad Viger. p. 780. Rost. §. 120. not. 4. Eadem de causa etiam verbum δέοι et οἶμαι deinde iteratur. Heindorfius etiam voculam εἴ ante verba δέοι σκεπόμενον iterari volebat perspicuitatis causa. Et scriptum est ita apud Eusebium. Sed quum inchoata structurae ratio non mutetur, hanc repetitionem non necessariam esse censemus.

μὴ ὅτι ἰδιώτην] h. e. ne dicam privatum aliquem. v. Hermann. ad Viger. p. 804. sq. Matthiae Gr. §. 624. 4.

E. εὐαριθμητοὺς ἂν εὐρεῖν αὐτὸν τ.] αὐτὸν arcte cohaeret cum τὸν μέγαν βασιλέα

habetque vim augendi: magnum regem ipsum. Nisi forte malis putare negligentius illud post ipsum nomen esse interpositum, ut Xenoph. Anab. II. 4, 7. Plat. De Rep. I. p. 375. D. al. — εὐαριθμητοὶ ἡμέραι autem s. dies qui facile possunt numerari, h. l. intelliguntur perpauci: et πρὸς indicat comparisonem: si comparantur ad ceteros dies atque noctes. Sic paullo post: τὰ ἑαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐξείνων. Ad εὐαριθμητος contendat Horat. A. P. 206. populus numerabilis utpote parvus. Vocabuli usum notat Pollux Onon. III. 88.

καὶ γὰρ οὐδὲν πλείων] Fischerus ex Eusebio πλείων recepit. Sed rectius πλείων retinetur, ut significet longior, et οὐδὲν pro οὐ dictum accipiatur, usu haudquaquam raro. Codd. multi πλείω, quo vulgata firmatur. Cicero haec verba ita reddidit: perpetuitas consequentis temporis similis futura est uni nocti. Ceterum cfr. Eurip. Med. v. 25. τὸν πάντα συντήκουσα δα-

τον ὁ θάνατός ἐστί, κέρδος ἐγὼγε λέγω· καὶ γὰρ οὐδὲν πλείων ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι ἢ μία νύξ. εἰ δ' αὖ οἶον ἀποδημῆσαι ἐστὶν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστὶ τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσὶν ἅπαντες οἱ τεθνεῶτες, τί μείζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἂν, ὃ ἄνδρες δικασταί; εἰ γὰρ τις ἀφικόμενος εἰς Αἴδου, ἀπαλλαγεῖς τούτων 41 τῶν φρασζόντων δικαστῶν εἶναι, εὐρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλε-

P. 41. τούτων τῶν φασζ.] Sic cum Stobaeo et Eusebio codd. optimi pro vulg. τούτων τ. φ. Dein ὡς ante ἀληθῶς om. Par. D. S. T. et teste Bekker o quidem, dissentiente Bastio, Ven. b. Vind. b. Eiecerunt Turicenses, iniuria, opinor; et firmat ὡς etiam Stobaeus.

κρούσις χρόνον. Ibid. 1096. τρυχομένους τὸν πάντα χρόνον. De Rep. X. p. 618. B. ὁ πᾶς κίνδυνος. Gorg. p. 470. E. al.

P. 41. Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς κτλ.] Attendas quae appositionem casu pronominis relativi factam, quum primaria pars enuntiati requirat accusativum. Sic Phaedon. p. 66. E. καὶ τότε—ἡμῖν ἐστὶν οὐ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως, ubi Fischerus non debebat amplecti φρόνησις. Sympos. p. 206. A. οὐδὲν γε ἄλλο ἐστὶν οὐ ἐρωῶσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ. Hipp. Mai. p. 281. C: τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκείνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφία, Πυθαγοῦ τε καὶ Βίαντος, — φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων. Alia huius generis exempla collegerunt Wolfius ad Demosthen. Lept. §. 15. Heindorf. ad Hipp. Mai. §. 2. ad Phaedon. §. 30. Similiter Sulpicius in Cicero. Epp. IV. 5. genus hoc consolationis miserum est, quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac fami-

liares ipsi pari molestia afficiuntur. et ipse Cicero Legg. I. 17. extr. Ceterum de iudiciis inferorum eorumque numeribus egregius locus est Gorg. p. 523. E. sqq. Quod autem Triptolemus et alii heroum, qui vitam iuste sancteque egerint, in numero iudicum inferorum hoc loco ponuntur, ea videtur fuisse plebis Atticae opinio, quae fortasse ex mysteriis Eleusiniis in vulgus dimanaverat. Etenim Triptolemus non solum agriculturam Athenienses docuisse ferebatur, sed iisdem etiam legēs tulisse sapientissimas, unde θεσμοφόρος dictus est. Dixerunt de hoc loco Welkerus in libro: Zeitschrift für alte Kunst l. 1. p. 134. et Creuzerus Mytholog. T. IV. p. 101 sq. Praeterea vero quod additur καὶ ἄλλοι κτλ. videtur hoc referendum esse ad vulgarem illam opinionem, qua sua quisque negotia, quae vivus obierat, etiam apud inferos obire credebatur. Cogitandum est igitur omnino de legum latoribus et iudicibus sapientiae et virtutis laude celebratis.

μος, καὶ ἄλλοι, ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἄρα φράση ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; ἢ αὐτῶν Ὀρφεὶ ξυγγενέσθαι καὶ Μουσαιῶν καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Ὀμήρῳ ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ἡμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ· ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαναταστῆ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὅποτε ἐντύχοιμι Παλαμῆδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος καὶ εἰ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσειν ἀδικὸν τέθνηκεν· ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἑαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγὼ οἶμαι,

B. Παλαμῆδει] V. Παλαμῆδη, quod non magis in usu est quam Σοκράτη. Veram scripturam codd. plerique omnes praebuerunt; tuetur etiam Eusebius.

καὶ δὴ τὸ μέγιστον] V. καὶ δὴ καὶ τὸ μ. quod servavit Bekk. Recte καὶ om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

τίς αὐτῶν σοφός ἐστι] Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. τίς ἂν αὐτῶν. Quae constructio si aliunde satis firmari possit, iudice Hermanno De Part. ἄν. p. 43. ad sen-

ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ἡμῶν;] Cicero: quanti tandem aestimatis? Xenoph. Mem. II. 2, 8. ἀλλὰ νῆ Δία λέγει, ἃ οὐκ ἂν τις ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ βούλοιο εἶναι. cf. Matthiae §. 505. B. Rost. §. 120. not. 4.

ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι] De hoc usu verbi τεθνάναι v. ad p. 30. B. cap. XVII. extr. Eusebius habet: ἐγὼ μὲν καὶ πολλάκις: unde Heindorfius suspicabatur Platonem scripsisse: ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πολλάκις etc. Sed non opus est mutatione. De hoc usu voculae γὰρ, quo ad sententiam refertur ex ceteris verbis facile intelligendam v. Buttman. ad Sophoclis Philoctet. v. 756., qui eam reddendam censet profecto, sane.

ἡ διατριβὴ αὐτόθι] Optime Wolfius: Conversatio delectabilis, si colloquibit cum D. etc. cf. p. 41.

A. Explicavi hunc vocabuli usum ad Euthyphron. p. 2 sq. De Palamede ab exercitu Graecorum lapidibus interempto propterea, quod dolis et fraudibus Ulyssis in proditiois suspicionem adductus erat, nota sunt omnia. conf. Heynius Excurs. ad Virgil. Aeneid. II. 81. et quae de cognomine Euripidis fabula disseruit Valckenar. Diatrib. de fragm. Eurip. p. 190 sq. Eius fortuna Socrates ap. Xenoph. Mem. IV. 2, 33. se consolatur. — Ajax Telamonius, omnium Graecorum post Achillem fortissimus, quum arma Achillis non accepisset et iniquo iudicio Ulyssi esset postpositus, insaniam mentis correptus se ipse interemit. vid. Homer. Odys. λ. v. 545 sqq.

B. ἀντιπαραβάλλοντι — ἀηδὲς εἶη] Haec verba existimo interpretationis causa addita esse superioribus: θαναταστῆ διατριβῆ κτλ., ideoque non est quod cum Vigero ad Euse-

οὐκ ἂν ἀηδὲς εἶη. καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὡς περ τοὺς ἐνταῦθα διαγιναι, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι καὶ τίς οἶεται μὲν, ἐστὶ δ' οὐ. ἐπὶ πόσῳ δ' ἂν τις, ὃ ἄνδρες δικασταί, δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιάν, ἢ Ὀδυσσεά, ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μύριους ἂν τις εἴποι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι καὶ ξυνεῖναι καὶ ἐξετάζειν ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας πάντως. οὐ δῆπου τούτου γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι· τὰ τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονό-

sum venustissime addita videatur particula, subindicans singulari casu fieri, ut quis vere sapiens inveniat. Quippe τίς ἂν Hermannus interpretatur qui forte, wer etwa. Fortasse tamen ἄρ scribendum.

C. ἀμήχανον ἂν εἴη] Sic Bodl. Coisl. Ven. Z. a. b. Vat., sex Vindob., Flor. a. b. g. Zitt. Par. BCDEHSTg. Vulgo erat ἀμηχάνον. Dein Turicensis cum quinque codd. mss. interpungunt: εὐδαιμονίας. πάντως οὐ δῆπου κτλ. cui rationi reluctatur collocatio vocularum οὐ δῆπου — γε.

bium 1. d. scribatur καὶ ἀντιπαρ. vel alio modo corrigatur. Verum vidit iam Fischerus. Nisi forte cum A. Matthiae §. 636. putare malis apodosin per negligentiam quandam iteratam esse. Nam poterant sane omitti verba: ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἶη.

καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς—] De hoc loquendi usu v. Matthiae Gr. §. 432. 5.

τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα] Intell. Agamemnon.

C. ἢ ἄλλους μύριους ἂν τις εἴποι] Frustra Stephanus scribi iubet ἢ ἄλλους μύριους, οὐς ἂν τις εἴποι, immemor illius brevilloquentiae, qua plures sententiae in unum orationis membrum concluduntur. Exempla huius generis collegit Heusdius Specim. crit. p. 13. Gorg. p. 403. D. ἐπεὶ ποῖω δικαίω χρώμενος ἕρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν; ἢ ὁ πατήρ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας; ἢ ἄλλα

μυρία ἂν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν. Phaed. p. 94. B. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον, ὡς εἰ καύματος ἐνότος καὶ δάφους ἐπὶ τοῦναντίον ἔλκειν, ἐπὶ τὸ μὴ πίνεω· καὶ πείνης ἐνούσης ἐπὶ τὸ μὴ ἐσθίειν· καὶ ἄλλα μυρία που ὀρθῶς ἐναντιομένην τὴν ψυχὴν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα. Sophist. p. 226. B. Legg. XII. p. 944. A. Demosth. Mid. c. 7.

ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας] Similiter Theaetet. p. 175. A. ἄτοπα αὐτῷ καταφάνεται τῆς μικρολογίας, quod Heindorfius comparat cum nostro: etwas Ungeheures von Dummheit. Legg. X. p. 904. ἀπειρα τῆς μετατιθεμένης κομῆσεως. Cf. Erfurdt. ad Sophocli. Antigon. v. 1194. Astius ad Politiam p. 327. in his genitivum putat absolute positum esse ad indicandam rationem, quam nomen substantivum significet. Itaque hunc locum sic interpretatur: immensum hoc esset respectu felicitatis.

στεροί εισιν οί ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εισιν, εἴπερ γε τὰ λεγόμενα ἀληθῆ ἔστιν.

Cap. XXXIII. Ἄλλὰ καὶ ὑμᾶς χρῆ, ὧ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἐν τῷ τούτῳ διανοεῖσθαι ἀληθῆς, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα· οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν, ἀλλὰ μοι δῆλόν ἐστι τούτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. διὰ τούτο καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον, καὶ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγοροῖς οὐ πάνυ χαλεπαίνω. καίτοι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ κατεψηφίζοντο

οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι] V. ἀποκτενοῦσι, quod e Bodl. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. BDST. mutatum.

D. διὰ τούτο καὶ ἐμὲ] V. διὰ ταυτί, praeter fidem optimorum librorum omnium.

οἰόμενοι βλάπτειν] V. βλάπτειν τι. Omittunt τι Bodl. Vind. 1. 6. Flor. g. h. Par. DS. et pr. Ven. b.

Cap. XXXIII. Ἄλλὰ καὶ ὑμᾶς χρῆ] Cicero: vos, iudices, qui me absolvistis. Recte.

καὶ ἐν τῷ τούτῳ διανοεῖσθαι ἀληθῆς] Verba sic interpretanda; atque hoc eximie cogitare verum esse. Nam τούτο subiectum est, cui praemittitur ἐν τι, h. e. ὡς ἐν τι, tanquam unum quiddam, h. e. eximie, quemadmodum dicitur etiam μόνον, de quo v. ad Sympos. p. 215. C. Alia ratio est locorum, quos memorat Fritschius Quaest. Lucian. p. 18. Hirschigius legendum censet: ἐν ἐπι τούτο. Quo non opus. Nec quidquam usitatius quam εἰς τις et ἐν τι apud Atticos.

D. ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου] h. e. casu, fortuito, non consilio et voluntate deorum. — ἀπηλλ. πραγμά-

των, h. e. rebus humanis, adiuncta laborum et aerumnarum notione. De Rep. III. p. 406. E: τελευτήσας πραγμάτων ἀπηλλάγη. — De verbis: ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον, v. p. 40. A. B. coll. p. 27. C. 31. D. — οὐ πάνυ χαλ., h. e. haud sane, non magnopere, nicht eben, qua formula nos quoque ἡθικῶς loquentes gravius negare solemus. Perperam alii: nullo pacto. Patet autem Socratem dicere hoc: non multum succensere se accusatoribus et iis iudicium, qui ipsum damnassent, quandoquidem, quamvis illis invidis atque non opinantibus, per eorum condemnationem maioribus bonis potitus videatur. — Mox Heindorfius legendum esse censet: τοῦθ' ὁ αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι.

E. ταῦτά ταῦτα λυποῦντες] h. e. eos ad virtutem

μου καὶ κατηγοροῦν, ἀλλ' οἰόμενοι βλάπτειν· τούτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι. E

Τοσόνδε μέντοι αὐτῶν δέομαι· τοὺς νείεις μου, ἐπειδὴν ἠβήσωσι, τιμωρήσασθε, ὧ ἄνδρες, ταῦτά ταῦτα λυποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, ἐὰν ὑμῖν δοκῶσιν ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του πρότερον ἐπιμελεῖσθαι ἢ ἀρετῆς, καὶ ἐὰν δοκῶσι τι εἶναι μηδὲν ὄντες, ὄνειδίξετε αὐτοῖς, ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐπιμελοῦνται ὧν δεῖ, καὶ οἴονται τι εἶναι ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι. καὶ ἐὰν ταῦτα ποιήτε, δίκαια πεπονθῶς ἐγὼ ἔσομαι ὑφ' ὑμῶν αὐτός τε καὶ οἱ νείεις. 42

Ἄλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανομένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἀδηλον παντὶ πλην ἢ τῷ θεῷ.

E. ταῦτά ταῦτα λυποῦντες] Inepte vulgo λυποῦντας, quod iam Muretus Varr. Lectt. VIII. 4. in λυποῦντες mutavit, ut habent Bodl. Flor. h. Par. DHS. et corr. T. Ang.

πλήν ἢ τῷ θεῷ] εἰ pro ἢ Bodl. corr. Ven. h. Par. DST. Flor. h. Alii πλήν δὴ τ. θ.

cohortantes, tentantes eorum sapientiam, convincentes eos stultitiae. — εἶναι τι. h. e. sapientia insigni praediti esse. — μηδὲν ὄντες, quum homines nullius frugis sint. De Rep. VIII. 556. D: ἄνδρες ἡμέτεροί εισιν οὐδέν. Ibid. p. 562. D: ὡς ἐθελοδοῦλους καὶ οὐδὲν ὄντας. Symp. p. 216. E. καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι. Ibid. p. 200. Aristoph. Eccles. v. 144: σὺ μὲν βιάδιζε καὶ κάθησ'· οὐδὲν γὰρ εἶ. Alia dabit Valck. ad Phoeniss. v. 601. P. 42. Ἄλλὰ γὰρ —] Ci-

cero Tusc. I. 41: Sed tempus est iam hinc abire, me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem. Eodem modo Theaet. p. 145. B: ὥρα τοίνυν σοὶ μὲν ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι. De forma appositionis in verbis: αὐτός τε καὶ οἱ νείεις, conspicua dictum est ad Remp. III. p. 414. D. Criton. p. 50. E. Sympos. p. 221. D. Legg. IV. p. 720. D. VI. p. 751. C. 759. C. 763. B. al.

PLATONIS CRITONIS


PLATONIS CRITONIS

PLATONIS CRITONIS

PLATONIS CRITONIS

PLATONIS

CRITON.



PRAEFATIO

AD

C R I T O N E M.

Crito fuit civis Atheniensis, qui in Apologia Socratis p. 33. E. vocatur Socratis *ἡλικιώτης καὶ δημοτής*. Et aequalem eum Socratis fuisse apparet etiam ex Criton. p. 49. A. Is quum Socrati iam mature existisset benevolentissimus et amicissimus, magnis usque ipsum multisque caritatis et amoris documentis ornasse narratur, adeoque liberalissime opibus ac divitiis, quas multas possidebat, adiuvisse, quo homo pauperculus posset vacare sapientiae studio; v. Diogen. Laërt. II. 20. 31. 105. 121. Xenoph. Mem. I. 2, 48. II. 9. Themist. IV. p. 110. Suidas in v. *Κριτων*. Fuit enim Crito ipse philosophiae amatissimus, siquidem vera narrat Diogenes Laërtius, qui Libr. II. 121. eum scribit septemdecim edidisse dialogos uno volumine comprehensos, quorum ibi referuntur argumenta. Quanquam apud ipsum Platonem alibi informatur is, qui philosophandi subtilitate neutiquam excellat; de qua re explicatius diximus ad Euthydemum Prolegg. p. 45 sqq. et 62 sqq. Nimirum animi candor ac nativa simplicitas superavit in ipso, ut videtur, virtutem ingenii; nec vero opum ac divitiarum cura, cui deditus erat (v. Euthydem. p. 291. E. coll. Xenoph. Mem. II. 9, 1 sqq.), cum subtiliore rerum altiorum meditatione

facile conciliari potuit. Constans autem atque perpetua eius fuit erga Socratem suum fides et amicitia, quam adeo religiose coluit, ut, quum ille in iudicium esset vocatus, ipse senex cum sene (Criton. p. 49. A.) mallet de sua ipsius salute periclitari, quam illius vinculum solvere aut relaxare. Quamobrem etiam affuit ei in iudicio caussam suam dicenti atque una cum aliis multam pro eo spondere paratus fuit; v. Apolog. Socrat. p. 35. D. 38. B. Quin etiam vadi- monium pro eo suscepit, sicuti ex Phaedone p. 115. D. intelligitur, atque omnia tentavit, ut etiam tem- pore periculosissimo veteris amici et familiaris saluti consuleret.

Is igitur in hoc dialogo ipsius nomine inscripto die ante Socratis mortem tertio primo adhuc diluculo ad hunc in carcerem, in quem coniectus erat, narra- tur venisse, ut eum ad fugam capessendam permo- veret, ad quam amici ipsius iam omnia parassent *). Fecit autem Plato Socratem, quum amicus in custo- tiam ingrederetur, usque suavissime dormientem, Cri- tonemque deinde ei paullisper ita assidentem, ut non sine magna quadam admiratione viri ad capitis sup- plicium condemnati quietem et tranquillitatem ani- madvertat. Ille vero tandem e somno expergefatus miratur, quod amicus tam multo mane hoc die venerit, eiusque rei caussam sciscitatur. Quo facto hic, viri constantiam et animi aequitatem in tanta cala- mitate admiratus, nuntium se ait afferre tristissimum atque gravissimum: navem enim sacram, in Apollinis honorem in Delum insulam mitti quotannis solitam, hoc die esse redituram, qua reversa ei moriendum sit. Itaque rogat eum tenerrimo cum amoris affectu atque obsecrat, ut nunc saltem, dum adhuc liceat, oppor- tunitatem et occasionem e custodia aufugiendi, a se ceterisque amicis paratam, arripiat, idque consilium ei gravissimis argumentis commendare et probare co- natur. Sed neque periculi imminenti magnitudo ne- que preces amicorum tenerrimae efficiunt, ut Socrates

*) Rem memorant etiam Auctor Apolog. Xenoph. §. 23: τῶν εταίρων ἐκκλῆσαι αὐτὸν βουλομένων οὐχ ὑπέπειτο κ. τ. λ. Plutarch. II. p. 1126. 13: Σωκράτης μετὰ τὴν καταδίωξιν φυγῆς αὐτῷ μηχανημένης ὑπὸ τῶν φίλων οὐκ ἐχρήσατο κ. τ. λ. Respexit ipse Plato Phaedon. p. 99. A.

illius virtutis et honestatis, quam per totam vitam cum praeceptis, tum suo ipsius exemplo commenda- verat, ullo modo immemor esse videatur. Qui quidem, audita amici oratione, ante omnia ait videndum esse, num salva sapientia et iustitia commissurus sit, ut invitis legibus publicis e carcere aufugiat. Quae omnia tanta cum gravitate atque sapientia disputan- tur, ut Crito consilium antea datum denique ipse improbare et tanquam iustitiae et pietatis legibus contrarium abiicere cogatur. Est vero summa dispu- tationis fere haec.

Expergefato Socrati nunciat Crito hoc ipso die videri navem sacram ex Delo insula redituram esse, qua reversa ei moriendum sit. Ille vero etsi sibi hunc nuntium fatetur neutiquam esse molestum aut gravem, tamen de eius veritate dubitat ideo, quia sibi insomnium quoddam modo prodiderit se tertio demum die in patriam coelestem rediturum esse. Quod quidem luculentissimum est argumentum maxi- mae ipsius erga deos pietatis, qua ita facit, ut etiam divinationi aliquid tribuendum censeat (p. 43. A — 44 B.). — Tum vero Crito et suo et aliorum ami- corum nomine eum amantissimis precibus studet per- movere, ut aufugiendi opportunitate nunc ipsi oblata utatur, eoque modo quum suae ipsius saluti consulat, tum etiam bonam amicorum et familiarium suorum fa- mam tueatur, quippe qui, nisi ipsum servaverint, quum tamen eius rei opportunitas data fuerit, apud magnam hominum multitudinem male sint audituri. Socrates vero vulgi quidem iudicio nihil in tali caussa tribuendum esse respondet, cuius opiniones saepe in rebus gravissimis soleant esse levissimae (p. 44. B — D.). — Crito tamen denuo eum cohortatur eni- xius ad fugam capessendam, monetque primum ma- gnae multitudinis potentiam sane maximam esse, ut maxima mala afferre possit. Cui respondet ille mul- titudinem fere coeco cupiditatis impetu regi, nec posse quenquam facere aut insipientem aut sapientem, in quo certe maximum malum atque bonum maximum cernatur. Sed non desinit Crito usque instare preci- bus. Itaque amicum monet, ut ne de suis familiari- bus et amicis, qui eum servare constituerint, ullo modo sollicitus sit, qui potius lubenter pro salute eius omne periculum subire parati sint; iacturam au-

tem bonorum minime metuant. Ostendit porro paratum ei fore apud externos benevolum hospitium. Ad-
dit item nec iustum ullo modo fore, si se ipse
prodere velit. Iustitiam enim postulare, ut et suae
ipsius saluti consulat, et liberorum educationi prospiciat,
qui ipso mortuo haud dubie tristem orborum
sortem experturi sint. Quamobrem censet etiam to-
tum hoc litis negotium plerisque visum iri ridiculum
atque etiam amicis ipsius infamiam allaturum esse,
qui eum non servaverint et mortis periculo eripuerint
(44. D — 46. A.). — Haec igitur Crito amanter
sane atque pie. Neque tamen Socrates eius precibus
quamvis gravissimis atque enixissimis ulla in parte
concedendum arbitratur. Nam laudat quidem amici
studium et voluntatem; sed obtemperandum ei ita de-
mum existimat, si consilium ipsius cum recta ratione
coniunctum sit; se enim nulli alii rei magis quam
rationi ubique obsequendum statuere solere (p. 46.
B. C.). Itaque videndum esse ait, num eae rationes,
quas semper in vita superiore probaverit, in praesenti
adhuc valeant atque eadem permanserint. Hoc enim
si ita sit, easdem etiam nunc retinendas ac sequen-
das arbitratur. Quocirca quoniam Crito plurimum
tribuit hominum existimationi indeque magnam par-
tem argumentorum suorum sumsit, primum quidem
(inde a p. 46. C.) quaestionem de opinionibus,
iam superioribus temporibus identidem tractatam, re-
petendam esse censet quaerendumque sedulo, num olim
recte iudicatum sit, an nunc aliter existimandum. Po-
nit igitur primum quidem, verum esse etiam nunc, de
quo iam olim inter ipsos convenerit, ex hominum opi-
nionibus alias magni faciendas ac sequendas, alias con-
temnendas et reiiciendas esse; nam hominum pruden-
tium et intelligentium sententias probari, impruden-
tium et insipientium opiniones improbari ac repudiari
oportere; id quod exemplo e re gymnastica petito
luculentius demonstrat (p. 46. C — 47. C.). His vero
ita expositis porro docet, quod inde consequitur, si-
cuti in re gymnastica negligendis prudentium homi-
num consiliis et opinionibus corpus laedatur, ita etiam,
sicubi de iusto et iniusto, de turpi et honesto, de
bono et malo agatur, ubi sapientium neglectae fue-
rint sententiae, animo fieri, quod certe longe sit mi-
serabilius. Nam quum corpore corrupto vita nequa-

quam vitalis videri soleat, tum multo etiam magis ita
iudicari oportere, sicubi animus iniustitiae labem con-
traxerit. Ex quo colligit non tam curandum esse,
quid vulgus hominum existimet quam quid vir iusti-
tiae gnarus atque recta ratio suadeat (47. C — 48. A.).
Quibus omnibus si quis opponat vulgus nos occidere
posse, recordandum esse arbitratur, superiore tem-
pore ipsos etiam ita statuisse, ut non vitam per se
spectatam, sed vitam honestam, ideoque etiam iustam,
plurimi aestimandam esse iudicaverint, quae ratio
certe etiam nunc usque recta atque vera iudicari de-
beat (p. 48. A — B.). — His vero postquam demon-
stratum est non hominum opiniones in agendo spe-
ctandas esse, sed ubique sequendam esse sapientiam,
honestatem, denique iustitiam, progreditur vir sapiens
ad explorandum id, de quo nunc cum maxime agen-
dum fuit. Quaerendum enim censet, iustumne an
iniustum futurum sit, si invita civitate invitisque le-
gibus publicis ex carcere aufugere conetur, siquidem
prae hac quaestione alia omnia levia duci debeant.
Quae quidem quaestio quo facilius expediatur, denuo
in fronte argumentationis ponit tanquam principium
quoddam, de cuius veritate inter ipsos iam superiore
tempore convenerit. Statuit enim nullo unquam pacto
ac nulla vitae conditione cuiquam licere iniuste fa-
cere, ideoque nec alios vicissim laedere nec iniuriam
iniuria referre, quoniam id ipsum quoque sit iniuste
facere (p. 48. B — 49. E.). Quo ita constituto, porro
argumentatur, ne pactum quidem cum aliquo tanquam
iustum initum violandum esse fide, quae data sit,
male neglecta. Quae sententia quo fiat illustrior,
inde a p. 50. A sqq. Leges publicas inducit verba
facientes atque diserta oratione demonstrantes, ma-
ximam fore iniustitiam, si ipse invita republica ex
vinculis, in quae coniectus sit, clandestino consilio
aufugere audeat. Quippe docent illae verbis gravis-
simis ita certe futurum esse, ut ipse pro sua parte
civitati universae atque legibus publicis perniciem
moliatur, quum tamen illis maxima beneficia adeoque
ipsam vitam atque eruditionem accepta referat (p. 50.
A — D.) et bonorum omnium iudicio longe parentibus
aut domino sanctoribus et venerabilioribus (p. 51. A.
B.) eam debeat reverentiam et obedientiam, ut earum
iussis nunquam non obtemperare fas videatur (p. 50.

E. — 51. D.). Qua ratione postquam declaratum est Socratem fuga capessenda ideo iniustissime contra rempublicam esse facturum, quia ingrato et impio animo patriae salutem subversurus sit, quae certe sine legum auctoritate salva stare et incolumis permanere non possit, deinde alio quoque nomine ipsum iniustitiae crimini obnoxium fore ostenditur, quandoquidem etiam perfidiae culpam sit in re admissurus, ruptis pactis et foederibus, quae ultro cum civitate inierit. De qua re Leges (inde a p. 51. C sqq.) sic fere sermocinantes inducuntur. Monent enim primum, qui fiat, ut cives cum civitate pactum iniisse existimandi sint. Nam unicuique Atheniensium publice permissum esse asseverant, ut cognitis rebus publicis, si qua ipsi civitas displiceat, collectis rebus suis migret quocumque placuerit; quisquis autem ista conditione ultro atque sponte in patria remanserit, eum censent re ipsa cum civitate atque legibus tanquam foedus iniisse atque spondisse velle se ipsarum imperio religiose parere et obtemperare. Quocirca eum perfidum et foedifragum esse arbitrantur, qui illis refragetur, idque tanto rectius ita iudicari aiunt, quod ipsarum imperia non saeva sint aut dura et inhumana, sed lenia et mansueta, ut adeo civitatem liceat, si qua opus sit, meliora edocere (p. 51. C. — 52. A.). Quae quidem omnia vel maxime in Socratem convenire arbitrantur, quippe qui Atheniensem civitatem tam constanter coluerit et pro patria sua agnoverit, ut perpetuo in ea habitaverit, ne suscepta quidem unquam diuturniore aliqua peregrinatione adeoque nec in iudicio litem suam exilio aestimare voluerit (p. 52. A — 53. A.). — Iam vero iniustitia ac turpitudine fugae demonstrata Leges eam etiam inutilem atque noxiam fore ostendunt. Nam necessarios quidem ac familiares ipsius gravissimarum poenarum periculo obnoxios futuros esse (p. 53. B.); ipsum porro ut legum corruptorem exteris quoque, quibus patria sua cara sit, suspectum et iniustum fore ideoque coactum iri ibi degere vitam, ubi maxima regnet morum licentia, indignis et abiectis modis illic cum aliis conversantem (p. 53. B — E.); liberos denique in terram peregrinam una cum ipso abductos melioris educationis fore expertes; in Attica autem relictos, ubi iusto modo poenam perpressus sit,

certe ab amicis fidelibus liberaliter educatum iri (p. 54. A. B.). — His omnibus vero expositis denique haec fere addunt: Age igitur, o Socrate, inquit, obsequere nobis tuis nutricibus, ac noli aut liberos tuos aut vitam tuam aut quidquam tuorum pluris facere quam iustitiam, ut, quum perveneris ad inferos, haec omnia apud eos, qui ibi imperium exercent, pro te afferre possis. Nam ut hic egeris, ita etiam illic tibi erit. Nunc igitur si abibis illuc, iniuria affectus abibis, nec tamen a nobis legibus, sed ab hominibus. Sin autem hinc egressus iniuriam iniuria retuleris et datam nobis fidem violaveris, tum leges apud inferos vigentes te haudquaquam excipient benevole, utpote scientes, nostram te molitum esse perniciem. Itaque Critoni noli obtemperare alia suadenti.

His omnibus vero ita explicatis, postquam Socrates denuo asseveravit de eorum veritate sibi plane esse persuasum, Crito sese tandem eo redactum esse fatetur, ut non amplius habeat quod contra disputet. Quocirca Socrates denique pie acquiescens divini numinis voluntate: Mitte igitur ista, o bone, inquit, et faciamus sic, ut iubet necessitas, quandoquidem hac via nos deus ducit.

Habes iam libri argumentum in brevi conspectu positum. Quod quidem nobis intuentibus neutiquam videtur dubitari posse, quin universa scriptio, si a scenico apparatu, admodum simplici illo, discesserimus, duabus partibus primariis absolvatur. Nam priore parte, quae exordium excipit et inde a p. 44. B. usque ad p. 46. A. extr. pertenditur, caussae atque rationes explicantur, quibus Crito Socratem permoveere studet, ut carcere publico relicto suae et suorum saluti consulat, dum aufugiendi opportunitas data sit. Quae quidem rationes non tam ex philosophiae penu quam ex vitae usu depromptae sunt, ut plane referant Critonis ingenium animique indolem, quem antea vidimus vitae communis quam philosophiae subtilitatis fuisse curiosiorem. Repetit enim caussas, cur Socrati fugiendum sit, vel ex hominum existimatione vel ex iustitia, quam vocat, hoc est ex cura liberis ipsius atque sibi et familiaribus debita, omnino ex rerum externarum conditionibus, ita quidem, ut Socrates passim continuo interponat, quae contra dicenda vi-

deantur. Alia vero ratio est partis posterioris, quae inde a p. 46. B. exorditur. Ea enim dilucidantur rationes, quibus permotus Socrates ita statuit, ut sibi existimet nullo pacto licere invitis legibus publicis e custodia carceris effugere. Quae quidem ita comparatae sunt, sicuti ipse disertis verbis indicat, ut e fonte rationis ductae sint, non ex mera vitae experientia et usu repetitae. Constat autem disputatio Socratis ex duabus partibus principalibus, quarum tamen altera cum altera arctissime nexa est atque copulata. Nam primum quidem (p. 46. C. — 48. B.) docetur, in agendo neutiquam omnes hominum opiniones spectandas esse, sed tantummodo opiniones sapientium, hoc est, sanae et incorruptae rationis legem, quandoquidem, si quis imprudentium audiat iudicia, periculum sit, ne quis animum corrumpat et iniustitiae pravitate deturpet, quo facto vitam etiam multo minus vitalem esse, quam corpore corrupto ac depravato. Unde item colligitur, ne vitam quidem ipsam pluris esse aestimandam, quam vitam iuste honesteque actam, quae una magni facienda sit. Nimirum isto modo patet et Critonis sententiam refelli, qui hominum existimationem imprimis respiciendum arbitratur, et vero etiam doceri, ante omnia id esse curandum, ut animi virtus et iustitia conservetur, qua amissa nec ipsa vita ullius pretii futura sit. Arctissime vero, ut diximus, cum his cohaerent quae parte disputationis Socraticae altera (p. 48. B. — 54. C.) exponuntur. Agitur enim ibi hoc, ut Socratem ostendatur fuga capessenda iniuste facturum ideoque commissurum esse, ut vitae bonae vereque vitalis iacturam faciat. Nam quum nullo pacto liceat iniuste facere ac ne iniuriam quidem iniuria referre, tum nec civitati ac legibus publicis docetur a civibus unquam repugnari oportere, quoniam tanquam pactum quoddam cum republica inierint seque re ipsa sponderint publicam legum patriarum auctoritatem sancte revereri velle. Violari autem iustitiam ab eo, qui invitis legibus patriis mero arbitratu suo agat duplici potissimum nomine, primum quidem, quia promissorum suorum atque acceptorum beneficiorum immemor patriae salutem evertat, deinde vero etiam, quod ipse turpissimae perfidiae crimini fiat obnoxius. Quibus omnibus denique nonnulla adiiciuntur, unde

perspiciatur, fugam Socratis ne utilem quidem ullo modo fore, sed potius noxiam et damnosam, praesertim quum patriae eversores poena iniustitiae etiam post mortem maneat. Etenim postrema haec ut adderentur, ad Critonis sententiam plane refellendam sanequam opus fuit, quippe quem meminerimus utilitatis potissimum rationibus tamquam cum iustitia coniunctis plurimum tribuere. Itaque facile apparet argumenti descriptionem atque tractationem utique esse elegantissimam, quae Platonis ingenio haudquam indigna sit.

Iam vero libri argumento perlustrato sequitur ut paucis querendum sit de ipsius summo consilio. De qua re nobis quidem videtur non adeo multum dubitari posse. Videtur enim Platoni in eo exarando hoc unum maxime fuisse propositum, ut Socratem tamquam optimum civem eumque legum patriarum observantissimum institueret ac describeret eademque opera omnino ostenderet ac doceret, in colendis officiis civilibus non id esse spectandum, ut aut hominum opinionibus aut priorum commodorum studiis inserviat, qui mos sane labente vetere disciplina in civitate Athenarum mirum quantum invaluerat, sed illud potius esse sequendum, ut recti honestique persuasio atque iustitiae sanctitas cum fide et religione coniuncta per omnia observetur. Quo modo id consequutus est, ut tam Socratem quam ipsius rationem ac disciplinam ab eorum criminationibus vindicaverit, qui illum civitati dicitassent extitisse adversarium, simulque exhibuerit boni civis imaginem, in quam intuentes aequales atque posteri intelligere possent, quibus sensibus animati esse deberent omnes, qui civium bonorum atque iustorum officia recte obire et explere vellent. Quamquam eadem occasione etiam illud videtur palam facere voluisse, neutiquam defuisse viro sapientissimo amicorum et familiarium ipsum servare cupientium studia, quod fortasse fuerunt qui illis vertissent opprobrio, verum extitisse utique, qui cum imminente mortis periculo ereptum vellent, sed hos ipsos vi veritatis victos voluntatem suam magistri saniora et sapientiora suadentis consiliis reverenter submisisse.

Atque haec quidem ubi tenerimus, certe nec obscurum erit, quomodo Plato munus, quod sibi per-

agendum proposuit, profligaverit et obierit. Adumbravit enim Socratis imaginem, quantum nos quidem iudicare possumus, quam fidelissime ad ipsius vitae veritatem, quanquam quae illi tribuit, non tam ea ipsa esse putanda sunt, quae revera dixisset, sicuti visum est Schleiermachero *Opp. Platon. Germ. I. 2. p. 233.* *) quam potius talia, quae ipsius rationi convenienter ei adscribi possent. Sunt enim sententiae, quas Socrates in medium affert, utique ductae ex ipsius sapientia, sed a Platone partim exornatae magis et ad maiorem subtilitatem explicatae. Quod tamen ita factum est, ut ne veri germanique Socratis species et imago ullo modo obscurata sit. Hanc enim scriptorem voluisse legentibus ob oculos ponere, imprimis ex eo fit perspicuum, quod Socratem in disputatione sua fecit identidem ad eas rationes provocantem, quas semper superiore vitae tempore pro veris probaverit atque adeo easdem illas in praesenti pro quaestionis instituendae principiis ponentem, quemadmodum p. 46. B. C. p. 46. D sqq. p. 48. B. et p. 49. A. fieri meminimus. Nimirum id ipsum pro universi scripti consilio prudentissime ita institutum esse facile intelligitur, quandoquidem philosophus non illud tantum sequutus est, ut, qualem civem Socrates sese imminente mortis periculo praestitisset, clarius appareret, sed imprimis etiam hoc voluit efficere, ut, quo ille animo adversus patriam atque leges publicas per totam vitam suam fuisset, quam luculentissime perspiceretur. In quo mirum est quod nuper criticus quidam adeo offendit, ut id etiam certissimum argumentum esse statuerit, unde Critonem non a Platone profectum esse omnibus patere deberet, quippe quum philosophus nusquam tam ineptus scilicet atque insipidus fuisse reperitur, ut Socratem

*) Ibi enim scripsit haec: „Kriton mag wohl nicht ein vom Platon eigentlich gebildetes Werk sein, sondern ein wirklich so vorgefallenes Gespräch, welches Plato von dem Mitunterredner des Socrates, so gut es dieser geben konnte, überkommen, und selbst schwerlich mehr hinzugethan hat, als die ihm wohlbekanntes Sprachweise des Socrates verschönernd herzustellen und Anfang und Ende zu verzieren.“

suum iusserit ad sermones olim peroratos nec vero usquam litteris perscriptos respicere. Quasi vero non ipsa descriptionis ratio ita tulerit, ut nunc commodissime ita fieri posset. Sed mittamus ista somnia, quae satis est per occasionem verbo commemoravisse. Revertimur ad id, unde paullulum digressi sumus. Videntur igitur in Critone omnia esse Socratica, licet in eo reperiantur, quae ab ipso Platone vel uberius exornata vel rationi Socraticae convenienter inventa subtiliusque exposita sint. Etenim illud quidem, quod vir sapientissimus p. 46. C sqq. statuit, in vitae actione imprimisque in virtutis exercitatione non magnae multitudinis sed rectae rationis iudicia audienda esse, nullo fere negotio perspicitur Socratis germani ingenio atque moribus plane esse conveniens, sicuti vel illa evincunt, quae de eo narrantur *Xenoph. Mem. IV. 4, 2. Hellen. I. 7. 9—16. Platon. Apol. Socr. p. 32. C sq.* praesertim quum ipsum etiam constet virtutem ad scientiam retulisse, qualem non vulgo sed sapientibus obtinere posse consentaneum est. v. *Prolegg. ad Lachet. et Charmid. edit. 2.* Porro quod inde a p. 47. D. disputatur, neglectis in agendo sapientium atque ipsius sapientiae iudiciis negligi etiam iustitiam atque probitatem eoque ipso etiam animum ita corrumpi, ut vitae pretium perdatur, est profecto hoc quoque plane Socraticum. Nam quum virtus secundum Socratem ex una maxime sapientia efflorescat, certe nec fieri potest, quin sapientium opinionibus neglectis omnis eius laus deperdatur. Quod autem facta virtutis maximeque iustitiae iactura etiam vitae fructum ullum esse negatur, meminisse iuvabit, Socratem virtuti tanquam ultimum finem propositum esse voluisse felicitatis ac beatitatis sensum adeoque bonum item utile esse censuisse. v. *Xenoph. Mem. III. 3, 2—3. IV. 6, 8. 9. al.* Quam quidem sententiam Plato sic interpretatus est, ut Socratem, utpote utile non tantum ad vitae commoda et utilitates sed etiam ad rectam mentis conscientiam animique tranquillitatem pertinere arbitratum statuere iusserit, vitam sine virtute omnino non vitalem iudicari oportere. Ipse autem eam postea multo etiam illustrius exornavit in *Gorgia p. 469. C sqq. p. 476. 477 sqq.* quo loco demonstravit iniuste agere non modo malum esse, sed omnium malorum maximum. Sed haec atque similia

quum facile nobis persuadeamus ex Socraticae sapientiae fontibus tamquam ultro profluxisse, tum haud paullo difficilius iudicium de iis est, quae p. 49. A — E. Socrati sunt adscripta. Quod enim ibi vir sapiens ita loquens inducitur, ut non modo nullam in- iustitiam committendam statuatur, sed ne referri quidem iniuriam iniuria velit; est hoc sane eiusmodi, ut menti ac sententiae Socratis, qualem aliunde habemus cognitam, videatur adversari non mediocriter. Nam apud Xenophontem quidem Mem. II. 3, 14. sapiens Atheniensis sequitur sententiam popularem, qua laudabile et honestum putabatur, amicis bene, inimicis male facere, de qua v. Commentar. exeg. ad Criton. p. 49. B. Idem facit II. 1, 19. quo loco amicos conciliandos, inimicos vincendos esse arbitratur. Neque aliter iudicat II. 6, 35. et III. 9, 8. al. At enim vero sunt hi loci Xenophon- tis omnes nostro quidem iudicio ita comparati, ut eorum testimoniis utendum sit cautissime. Disputat enim Socrates ibi sic, ut sese ad vulgarem hominum opinionem demittat, quo facilius deinde eos habeat sibi consentientes, quibuscum colloquitur. Ex quo sponte consequitur, nihil illos valere ad aperien- dam veram eius sententiam. Quae qualis fuerit, suspicari potius ex iis licet, quae Mem. II. 3, 5 sqq. disserit, ubi officium exigere ostendit, ut, si quis fratrem habeat sibi inimicum, eum, ira seposita, omnibus modis placare sibi conciliare studeat; itemque ex Mem. II. 2. in. ubi posteaquam docuit, ingratos esse in numero iniustorum habendos, deinde etiam ostendit, imprimis liberorum esse, parentes propter beneficia in ipsos collata pie revereri, praeser- tim quum impietas in parentes etiam publice gravis- simis poenis afficiatur hominumque contemptum comi- tem habere soleat. Nimirum in his ipsis insunt quasi quaedam stamina eorum, quae Plato ita ei attribuit, ut etiam significet, virum sapientissimum iam superiore tempore ita sensisse, ut nullo pacto, ne vindictae qui- dem sumendae causa, iniuriam admittendam esse iudicaverit. Quam quidem veram ipsius sententiam fuisse etiam inde suspicari licet, quod iam ante ipsum extiterant, qui de inimicis tractandis sensissent hu- manius (v. Fischer. disp. (praeside Frid. Aug. Wolf- fio defensa): Quid de officiis et amore erga inimi-

eos Graecis et Romanis placuerit. Hal. Sax. 1789. 8. I. Fr. Bruch: De amore inimicorum. Argentorat. 1811. 8. Lud. Phil. Huepeden: Commentat. qua comparatur doctrina de amore inimicorum Christiana cum ea, quae tum in nonnullis V. T. locis tum in libris philosophorum Graecor. et Romanor. traditur. Götting. 1817. 4.). Quin etiam ipsum novimus hominem fuisse mitem, lenem, mansuetum, humanum, licet hoc quoque in genere officii utilitatis cuiusdam rationem ducendam existimaverit. Neque vero Epi- ctetus Disputat. Arian. IV. 1. 133. 167. Themist. Diss. IX. alique dubitaverunt hanc ipsi sententiam attribuere, quam Plato sub nomine eius defendit etiam Republ. I. p. 334. A sqq., susceperunt postea Stoici quoque alique philosophi, sicuti dudum demon- straverunt Hugo Grotius De Veritate Relig. Christian. Libr. IV. §. 12. ann. 3. et Buddeus In- troduc. ad philos. Stoic. ex mente Antonini Imperat. praemissa edit. Chr. Wollii, Sect. VII. §. 16. Accedit vero ad haec ipsius Critonis Platonici gra- vissima auctoritas, quandoquidem p. 49. A. Socrates ita loquens inducitur, ut sese iam olim in ea fuisse sententia profiteatur (*ὡς πολλάκις ἡμῖν ἐν τῷ ἐμ- προσθεν χρόνῳ ὁμολογήθη*), ut nullo pacto ne laces- situm quidem alteri iniuriam inferre iustum esse exi- stimaverit. Itaque nihil est profecto, cur Platonem suspicemus hac in parte Socratem eum informavisse, qui a sua ipsius ratione atque doctrina descivisse exi- stimandus sit. Iam vero quod ille extrema dialogi parte inde a p. 50. A sqq. ita disputat, ut civitati atque legibus publicis maximam per omnia reveren- tiam deberi ostendat, etiamsi haec pars operis ab ipso Platone copiosius exornata esse videatur, ta- men ne hic quidem quidquam reperiri putamus, quod non cum illius mente ac sententia planissime conveniat. Constat enim ipso Platone teste, Socratem tam severum fuisse officiorum legibus publicis atque rei- publicae debitorum exactorem, ut plane spreverit po- puli licentiam in civitate Athenarum magis in dies grassari minantem, atque una cum discipulis suis Doricarum civitatum gravitatem et constantiam pro- bare maluerit, quam popularium suorum levitatem. De qua re v. Commentar. ad Criton. p. 52. E. Quam- obrem sine dubio eos sensus gessit atque retinuit,

quos in antiquis rebus publicis vulgo olim regnasse accepimus, ut cives communiter legem haberent omnium rerum dominam et gubernatricem, cui omnes subiecti esse et tamquam ultro ac sponte servire deberent. Quos sensus egregie declaravit Demaratus apud Herodot. VII. 104. expressit item Euripides Suppl. v. 433 sqq. conf. etiam Plat. Legg. III. p. 700. A. IV. p. 715. coll. p. 689. B. IX. p. 856. B. et quae nostra aetate de illis scripsit Rötcher Aristophanes u. sein Zeitalter p. 80. p. 92. p. 258 sqq. quamquam is de Socrate secus statuit. At nimirum hic quid senserit, clarissime exposuit Xenoph. Mem. IV. 4. ubi eum cum Hippia fecit sermocinantem. Ibi enim Socrates ostendit iustum esse idem atque legitimum (*τὸ δίκαιον ἐστὶ τὸ νόμιμον*). Hoc *νόμιμον* autem vult legibus vel scriptis vel non scriptis contineri, quibus qui obediant, eos etiam deorum parere voluntati. Harum vero legum observantiam quum alia bona habere arbitratur, tum etiam reipublicae firmissimum munimentum ac praesidium esse censet, ut omnino ea civitas praestantissima esse iudicanda sit, in qua cives legibus maxime obtemperant (§. 10 — 18.), licet obedientia civilibus legibus debita non per se iusta putanda sit, sed quatenus salus quum universae civitatis tum singulorum civium respiciatur. Quae nonne apertum est planissime cum iis convenire, quae in Critone eo, quem significavimus, loco explicantur? Nimirum utrobique certe veri iudicium ex iusti notione et rectae rationis legibus repetitur, quamquam apud Xenophontem etiam indicatur, quatenus vir sapientissimus in colenda iustitia utilitatis quoque rationem habendam esse censuerit. Neque vero singula, quae ibidem a Socrate proferruntur, ullo modo ab iis abhorrent, quae de ipsius mente ac sententia aliunde cognita habemus. Quale est illud, quod civitati vel propter beneficia, quae ei debeantur, maximam reverentiam et obedientiam testificandam esse arbitratur. Nam exspectabat quidem ille a patria, a parentibus, ab amicis, denique a necessariis beneficia, sed putabat item maximam illis ideo gratiam retribui oportere eiusque officii neglectationem esse longe turpissimam et iniustissimam; de qua re v. Xenoph. Mem. II. 1, 28. II. 2. II. 3, 9. IV. 4, 24. Sed nolumus haec persequi etiam copio-

sus. Nam vel ex his satis, opinor, apparet, totum illum locum sanequam ita comparatum esse, ut quasi interiores pectoris sensus, quos vir sapientissimus adversus patriam eiusque leges et instituta foverit, penitus recludere videatur.

Atque his quidem ita disputatis non iam amplius obscurum fore putamus, Platonem utique Socratis imaginem eam adumbravisse, quae licet habeat singula quaedam lineamenta ab artifice potius quam ab illius persona profecta, tamen omnino ad vivum expressa dicenda sit. Quo minus certe dubitari poterit quin supra vere de consilio iudicaverimus, quod Plato in hoc libello litteris exarando sequutus sit. Apparet enim clarissime propositum ipsi hoc fuisse, ut, quo magis omnibus pateret quanam officia iustitiae et pietatis secundum sapientiae praecepta patriae atque legibus publicis deberentur, Socratem ut civem iustum piunque tamquam imagine quadam ad ipsius vitae veritatem adumbrata repraesentaret, qui vel eo tempore, quo iniusto iudicio fuisset condemnatus, patriis legibus fidam obedientiam ipsique patriae piam sanctamque reverentiam praestiterit, utpote repletus interiore quadam animi de iusto et honesto persuasione cum pia divinae voluntatis spe et fiducia coniuncta. Nam hoc ipsum quoque diligenter est animadvertendum, cum iustitiae et honestatis studio in ipso coniunctam cerni etiam singularem quandam religionis pietatem, qua una maxime erectus ac sustentatus praesenti fortuna sua fortis acquiescit et quamvis morte instante tamen futura laetus fidensque exspectat. Quapropter in Critone plane ipso opere declarat, quod Plato eum in Gorgia p. 519. E. dicentem fecit: „Vir revera fortis, quamdiu vivit, res suas diis committit, atque id tantum spectat, quomodo destinatum sibi fato vivendi tempus paragat,“ atque simul confirmat veritatem eorum, quae scripsit Xenoph. Mem. IV. 4, 1. *ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ δίκαιου γε οὐκ ἀπεροῦπτετο ἢν εἶχε γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο*. Sponte autem intelligitur, hac ipsa ratione Platonem simul etiam Socratis eiusque amicorum rationem ac disciplinam a criminationibus eorum defendisse, qui eam tamquam civitati perniciosam in hominum invidiam perducere studuissent, praesertim quum ita instituerit, ut etiam

ipsius discipulos, qui propter integerrimum erga magistrum amorem eius fugam parassent eique vehementissime morti ereptum cuperent, tamen denique eius iudicia ita probare iusserit, ut viri voluntati concedendum putaverint.

Sed haec quidem satis erunt de consilio scriptio- nis deque via et ratione, qua philosophus illud effectum dedit. Nam de scenico dialogi apparatu, quem facile apparet argumento et consilio universi operis elegantissime esse attemperatum, certe non esse putamus quod peculiari opera disputetur.

Sunt autem omnia in hoc libro perquam popula- riter ac vulgari hominum captui accommodate expo- sita, ut primo saltem adspectu in eo plane desideretur celsior illa ac subtilior philosophandi ratio, quam in plerisque aliis Platonis dialogis vigere novimus. Quae res adeo offensionem fuit Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 292 sqq. ut Critonem contenderit pro libro subditicio habendum esse et Platone prorsus indigno, quippe qui neque ad artis laudem neque ad rerum gravitatem cum aliis philosophi scriptis comparari possit. De quo nobis quidem multo vide- tur aliter. Nam primum quidem haudquaquam levia sunt, quae ex purissimis doctrinae moralis hausta principiis de iure civili deque officiis pietatis et obe- dientiae reipublicae praestandis disputantur, quorum vim et gravitatem, quae certe etiam ad Platonis phi- losophiam fuit maxima, multum veremur ne criti- cus severissimus non satis diligenter momenti suis ponderaverit. Deinde popularitas ista, quae per to- tum libellum regnat, neutquam est abiecta et hu- milis, quae artis laude careat aut rerum vim et uber- tatem plane nullam habeat. Imo in summa simplici- tate tamen et veritatem atque gravitatem sententiarum sectatur et universi libri rationibus sollertissime est attemperata, siquidem per scriptio- nis consilium nullo modo fieri potuit, ut aut subtilius aut grandius ac sublimius disputandi genus deligeretur. Sed no- lumus haec nunc persequi copiosius, praesertim quum libri argumento accuratius perlustrato sponte intelle- ctum iri existimemus, quid de tota causa iudicari oporteat. Nec tamen inutiliter consulentur quae con- tra Astium disputarunt Ios. Socher. De Scriptis

Plat. p. 64 sqq. Henr. Bremi in libro: Philol. Bei- träge a. d. Schweiz Vol. I. p. 131 sqq. Car. Steinhart: Platons Werke übers. von Hier. Müller. Lips. 1851. Vol. II. p. 303.

Iam vero ex iis, quae hactenus disputavimus, videtur etiam coniectura capi posse de temporibus, quibus libellus scriptus et in lucem publicam emissus sit. Est enim longe verisimillimum origines eius in eandem incidisse aetatem, qua etiam Apologia So- cratis nata est, siquidem in utroque opere Socratis in ipso capituli discrimine constituti imago ita propo- nitur, ut simul doctrinae eius atque vitae agantur vindiciae. Talis autem scriptio- nis suscipiendae con- silium certe nullum aliud tempus magis suadere po- tuit, quam quod proxime post Socratis mortem est insecutum. Tum enim et grata atque pia magistri recordatio et Socraticorum fama atque existimatio et vero etiam ipsius philosophiae fortuna in discrimen adducta gravissime exhortari debuit scriptis palam facere ac declarare, qualis revera fuisset vir sapien- tissimus et quid de studiis eius atque vitae consiliis esset existimandum. Quod certe posterioribus tem- poribus, quum causa eius dudum esset transacta et aequalium iudiciis pensitata, non modo supervaca- neum sed etiam importunum futurum fuit. Nam aliud quid certe est, quod Plato Socratem postea in ser- monibus suis ita loquentem induxit, ut eum suae at- que propriae sapientiae fecerit interpretem. Quod certe neutquam pertinet ad Socratis eiusque vitae ac studiorum defensionem, sed longe alia causa ni- titur.

Ceterum quod apud Diogen. Laert. III. §. 36. coll. II. §. 35. et II. 60. narratur, non Critonem fuisse, qui haec cum Socrate colloquutus sit, sed Aeschinem, cui tamen Plato ea propter simultatem quandam tribuere noluerit, non est veridissimilis Schleiermacheri coniectura, Platonem rem aliter instituisse, ne Aeschines, utpote aetate minor, aequa- lium odio et invidia conflagraret. Quamquam haud scimus an ista quoque narratio, ut multa id genus alia, ab iis inventa sit, qui nomini Platonis apud posteros malae invidentiae maculam adspergere conati sunt. Sed ut res est, illud quidem omnes uno ore

fatebuntur, dignum fuisse Critonem, cuius memoriae tale monumentum consecraretur, quod constantis ac perpetuae ipsius erga Socratem amicitiae apud omnem posteritatem exhiberet testimonium.

Codices ad Critonem excussi.

Bodleianus. Vaticanus 225. Venetus a (qui Bekkerō Σ signatus est) b (Bekkerō II), et E. Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ex quibus 2. et 6tum etiam Bekkerus adhibuit notavitque litteris Y et Φ. Coisl. T. Tubingensis. Parisin. BCDEHS. Florentini a. b. c. d. f. g. h. i. Angelicus u. Zittaviensis. Praeterea Bekkerus memorat cod. Ψ signatum, quem in librorum elencho p. XI. Huetianum appellavit.

Editiones.

Peculiari opera hic liber a multis, I. Fr. Fischero, Ph. Buttmano et Fr. Gedickio, Helldio, aliis, tractatus est, quorum opera memorantur in Wilhelmi Engelmanni Biblioth. Scriptorum Classicorum Lips. 1847. 8. p. 169 sqq. et Supplem. a. 1853. p. 45 sqq. ubi etiam singulares commentationes memoratas invenies, quibus singuli quidam Critonis loci tractati sunt. Accesserunt nuper editiones R. B. Hirschigi et Christiani Cronis, de quibus v. Praef. ad Apol. Socr.

Cap. I. *Τὴ τριζάδε ἀγίζαι, ὃ Κρίτων; ἢ οὐ 43*
πρῶ ἐτι ἐστίν; ΚΡ. Πάνν μὲν οὖν. ΣΩ. Πηνίκα
μάλιστα; ΚΡ. Ὅρθρος βαθύς. ΣΩ. Θανμάζω,

P. 43. *ἢ οὐ πρῶ ἐτι*] Libri omnes *πρῶ*. Sed recte Fischerus vet. grammaticorum auctoritate *πρῶ* restituendum censuit, v. Tim. Gloss. s. h. v. Hermann. De em. rat. Gr. Gr. 1. 8. p. 36 sqq. Certe apud Aristophanem metrum ubique *πρῶ* monosyllabum flagitat, observante Brunckio ad Lysistr. v. 613., etsi ibi quoque libri mss. *πρῶ* tenent. Nimirum iota debemus scribis veteribus, qui eam litteram longae vocali non subscribebant, sed apponebant, id quod in libro Clarkiano sive Bodleiano constanter factum novimus. Ceterum fallitur Buttmannus, qui iota abiici voluit, provocans ad Etymologi M. auctoritatem, qui tamen de solis pronomibus numeri dualis loquitur. conf. Matthiae Gr. Ampl. T. I. p. 118. Dein *ἐτι* ante *ἐστίν* om. Vind. 6. Huet. Par. DS. et pr. Ven. II. quibuscum vocem eiecerunt Turicenses, recte reluctantante Orellio.

Cap. I. P. 43. *Πηνίκα μάλιστα;*] quota hora est quum maxime? v. intpp. ad Thom. M. p. 713. ed. Bern. — 288. ed. Ritsch., qui haec habet: *πηνίκα μὴ εἴης ἐπὶ χρόνου. ἐστι γὰρ ὄρθρος δηλωτικόν. οἷον ἐὰν εἴης ἔωθεν ἢ περὶ μεσημβρίας.* Adde Phrynich. p. 94 sq. cum ann. Lobeckii. *Μάλιστα* accipiendum ut quum numeris apponitur, de quo usu dixit Bastius Epist. Crit. p. 37 sq. *ὄρθρος βαθύς*] Accuratius Crito his verbis tempus indicat. Etenim *πρῶ* et *ὄρθρος* inter se differunt, ut Lat. mane ac diluculum, quorum illud est spa-

tium diei, quod pertinet a diluculo usque ad horam diei fere tertiam e ratione veterum; hoc autem est tempus antelucanum, ubi nox abiit, nec tamen orta dies, ut loquitur Ovid. Amat. 1. 5, 6. Phrynichus: *ὄρθρος τὸ πρὸ ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἐτι λύχνω δύναιται τις χρῆσθαι.* Ceterum Graeci eodem modo *βαθύς* de tempore, quo nos voc. tief, usurpant. Protagor. p. 310. A. *τῆς παρὰ τοῦ ἡμέρας νυκτὸς ταυτησὶ, ἐτι ὄρθρου βαθύς.* Lucian. Asin. 34. *νὸξ βαθύς*, ubi v. Reitz. *Θανμάζω, ὅπως ἠθέλ.* —] miror, qui factum sit, ut Xenoph. Mem. I. 1, 20. *Θαν-*

ὅπως ἠθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμοτηρίου φύλαξ ὑπακούσαι. *KP.* Ἐνήθησ' ἤδη μοι ἐστίν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν, καὶ τι καὶ εὐεργέτηται ὑπ' ἐμοῦ. *ΣΩ.* Ἄρτι δὲ ἦκεις ἢ πάλαι; *KP.* Ἐπει-
B κῶς πάλαι. *ΣΩ.* Ἐἴτα πῶς οὐκ εὐθύς ἐπήγειράς

ὅπως ἠθέλησέ σοι] Ven. a. Coisl. Vind. 2. 3. 5. et pr. Ang.: ἠθέλει, quod non debebat probare Buttmanus.

καὶ τι καὶ εὐεργέτηται] Ald. cum Par. E. Flor. b. g. i. καὶ τοι καὶ. Ald. Bas. 2. Steph. εὐεργεῖται, quod e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 2. 4. 5. 6. 7. Flor. a. c. d. e. h. i. Tub. Zitt. Huet. Ang. Par. H. S. qui partim cum Bodl. εὐεργεῖται exhibent, sine

μάζω οὖν, ὅπως ποτὲ ἐπελοθησαν οἱ Ἀθηναῖοι. Eurip. Med. v. 51. πῶς λείπεσθαι θέλει; Similliter mox: πῶς οὐκ ἐπήγειράς με εὐθύς; Miratur autem Socrates Critonem iam nunc a ianitore esse intromissum, quia οὐ πάνυ πρό ἀνέχοντο, ut est Phaedon. p. 59. E. Ὑπακούειν, quod proprie dicitur de ianitore, qui fores pulsantibus (τοῖς κρούουσιν) auscultat, nunc significat fores aperire et venientes intrmittere, v. intpp. ad Phaedon. p. 59. E. ad Xenoph. Symp. I. 11. et Theophr. Charact. IV. 3.

καὶ τι καὶ εὐεργέτηται] Quod non pauci olim probarunt καὶ τοι καὶ, et vero etiam, videtur pugnare cum Critonis modestia et urbanitate, qui non vult gloriari beneficiis in hominem illum collatis, sed nil nisi indicare causam, cur iam nunc in custodia intromissus sit. Itaque praefendum est καὶ τι καὶ, quod tam a librorum auctoritate, quam a sententiae rationibus plurimum habet commendationis. Modeste enim Crito et verecunde, ne generosi amici animum laedat et offendant, se carceris custodi ait nonnihil mercedulae dare solitum esse. Cohaeret autem τι cum εὐεργέτηται, cuius verbi constructio in vulgus nota est. Ac ne mireris accuativam a verbo suo

divulsum, legitima fuit prope-modum haec verborum coniunctio: καὶ τις καὶ, καὶ τις καὶ, καὶ τι καὶ. v. Ducker. ad Thucyd. p. 309. Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 348. et 450. Quibus adde Sophocl. Philoct. v. 274: προθέτες — καὶ τι καὶ βορᾶς ἐωφέλεια σμικρόν. Ibid. v. 308: καὶ πού τι καὶ βορᾶς μέρος προσέδοσαν. Buttmanus alique probarunt εὐεργεῖται, praesens tempus, quod de Critone ad Socratem saepius veniente et custodi identidem mercedulam porrigente aptissime dici videretur. Sed repetit Crito causas, cur a ianitore intromissus sit, a tempore superiore; et recte utitur tempore perfecto, quo indicat hominem et accepisse a se beneficia et etiam nunc eorum memorem esse. De forma εὐεργέτηται v. Buttman. Gr. Ampl. I. §. 84. 6. 3. et §. 86. 2. et Matth. §. 169. annot. coll. §. 167. n. 6. Augmentii omissio peperit lectionem εὐεργεῖται et ἠεργέτηται.

Ἐπεικῶς πάλαι] h. e. satis diu, ziemlich lange. Theaet. in. Ἄρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ; Terps. Ἐπεικῶς πάλαι. Phaedon. p. 80. C. ἐπεικῶς σιγῶν ἐπιμένει χρόνον. Grammatici ἐπεικῶς interpretantur πάνυ, λαν. v. Eu-

με, ἀλλὰ σιγῇ παρακάθησαι; *KP.* Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἠθέλον ἐν τοσαύτῃ τε ἀγροπνίᾳ καὶ λύπῃ εἶναι. ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θανάμαζω αἰσθανόμενος, ὡς ἠδέως καθύδεις· καὶ ἐπί-

ulla dubitatione mutavimus. In aliis codd. non paucis est εὐεργέτηται, quod in Bodl. superscriptum legimus. v. explicatt.

B. ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρ.] Sic Bodl. Vind. 2. 6. 5. 6. Tub. Ven. a. b. Flor. a. b. c. f. h. i. Ang. Huet. Zitt. Par. BCDE HS. Ang. cum Bas. 2. Vulgo τε aberat, quod post ἀγροπνίᾳ collocant Vat. Vind. 1. 3. 6. Flor. d. g.

stath. ad H. a. p. 547. Hesychn. s. v. ibique intpp.

B. Ἐἴτα πῶς οὐκ εὐθύς ἐπήγειρας —] Hirschigius graviter asseverat πῶς esse eliminandum, quia εἴτα in interrogatione cum admiratione vel indignatione positum non solet cum πῶς consociari. In quo dupliciter erravit. Nam primum quidem πῶς ita positum reperitur etiam alibi, ut Eurip. Iphig. Aul. v. 883. κἄτα πῶς φέρον γε δέλιον οὐκ ἐμοὶ δόξω λαβεῖν; Aristoph. Avv. v. 964. κἄπειτα πῶς τοῦτ' οὐκ ἐχρηματολόγεις οὐ; Deinde omissio πῶς gravior foret Socratis vel indignatio vel obiurgatio quam pro rei conditione. Nunc vero addita vocula lenius aliquanto et urbanius sciscitatur, qui tandem factum sit, ut Crito ipsum non e somno excitaverit. De εἴτα et ἔπειτα in interrogando sic usurpato v. ann. Apolog. Socrat. p. 28. B. et Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 549.

οὐδ' ἂν αὐτὸς ἠθέλον —] Ne ipse quidem vellem in tanta insomnia tantoque moerore versari propter curam ac sollicitudinem, qua tua causa discrucior; atque adeo te dudum admiror (hic assidens) sentiens et animadvertens, quam suaviter dor-

mias etc. Etenim ἂν cum imperfecto iunctum contrarium eius rei cogitandum esse significat, quae verbis expressa est; v. Hermann. ad Viger. p. 820. — Pro ἐν τοσαύτῃ τε ἀγροπνίᾳ καὶ λύπῃ vulgaris exigebat usus ἐν τοσαύτῃ ἀγροπνίᾳ τε καὶ λύπῃ, quod in aliquot codd. repperit est. Sed recte habet etiam illud, quod sic explicandum est, ut post καὶ rursus intelligas τοσαύτῃ. Nimirum τε primae statim adhaesit voci, quia τοσαύτῃ etiam ad λύπῃ pertinet. Phaedon. p. 94. D. τὰ τε κατὰ γυμναστικὴν καὶ τὴν ἱατρικὴν, i. e. τὰ τε κ. γ. καὶ τὰ κατὰ τ. ἱ. Legg. VII p. 796. D. εἰς τε πολιτεῖαν καὶ ἰδίους οἴκους, h. e. καὶ εἰς ἰδ. οἴκ. XII. p. 969. B. Herodot. VII. 106. οὐ τε ἐκ Θουάκης καὶ τοῦ Ἑλληνισπόριον, i. e. καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἑλλ. Plura dabit Schaefer. Indic. ad Brunckii Poetas Gnomie. p. 367. ad Demosth. Apparat. Vol. I. p. 191. et 690.

ὡς ἠδέως κ.] graviter dictum pro ὅτι οὕτως ἠδέως κ. Sic mox: ὡς ἠδέως αὐτὴν καὶ πρῶτος φέρεις. Phaedon. p. 58. E. εὐδαίμων μοι ὁ ἀνήρ ἐκαίνετο — ὡς ἀδέως καὶ γενναῖως ἐτελεύτα. Ibid. p. 89. A. ὡς ἠδέως καὶ εὐμενῶς τὸν λόγον ἀπεδέξατο. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 252. et Matth. §. 489. 3..

τηδὲς σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς, καὶ
πολλάκις μὲν δὴ σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ
εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ
νυνὶ παρεστῶσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥαδίως αὐτὴν καὶ
πρῶτος φέρεις. ΣΩ. Καὶ γὰρ ἂν, ὦ Κρίτων, πλημ-
μελὲς εἴη ἀγανακτεῖν τηλικούτων ὄντα, εἰ δεῖ ἤδη
C τελευτᾶν. ΚΡ. Καὶ ἄλλοι, ὦ Σώκρατες, τηλικούτοι
ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἀλλοκονταί, ἀλλ' οἷδὲν αὐ-

ἐν τῇ νυνὶ π.] V. νῦν, quod ex Vind. 6. et Florr. aliquot
mutavi.

C. αὐτοὺς ἐπιλύεται] Sic Bodl. Vind. 1. 6. 7. Flor. d.
f. g. Huet. Par. DS. et pr. Vat. b. Vulgo αὐτοῖς.
φέρων χαλεπὴν] Bodl. cum aliis nonnullis: χαλεπὴν καὶ βα-

ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς] Coniunctivus post coniunctiones
finales praecedente praeterito
positus, ubi res nondum perfe-
cta esse sed adhuc durare cogi-
tatur, ut hoc loco: de quo v.
Hermannus de emendanda
ratione Gr. Gr. p. 212 sq. ad
Viger. p. 850. Matth. §. 518.
1. Buttm. §. 126. i. Rost.
§. 122 not. 4. b. et annot. ad
Apolog. p. 17. A. Parum caute
Hirschigius de suo scripsit διά-
γεις. — Ad διάγῃς intell. τὸν
βίον, de qua ellipsi v. Lam-
bert. Bosius p. 59 sqq. ed.
Schaefer.

εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου] De constructione v. Matth. §.
368. τρόπος sentiendi agen-
dique ratio in ipsa vita
conspicua, mores. Phaedon.
p. 58. E. εὐδαιμόνιον ἐφαίνετο τοῦ
τρόπου. Quid autem intelliga-
tur, patet e verbis Xeno-
phon. Memor. IV. 8, 3. εὐδαι-
μόνιστο ἐπὶ τῷ εὐθύμῳ καὶ
εὐκόλῳ ζῆν. Ad τηλικούτων
ὄντα ne quis intelligendum opi-
netur μετέ, latet in infinitivo in-
definiti subiecti significatio, de
quo usu v. ad Apol. Socr. p.
29. A. p. 39. D. et Criton. p.
45. D. χρὴ δὲ — ταῦτα αἰρεῖ-
σθαι φάσκοντά γε δὴ κ. τ. λ.

ubi nugatur acutulus critus, τὸν
φάσκοντα scribendum esse con-
tendens. Nam sententia, quo
fiat gravior, tanquam generalis
quaedam effertur: „es würde
ungereimt sein, wenn ein-
er in diesem Alter noch
unwillig sein wollte, wenn
er nun enden soll. — Τηλι-
κούτος, tam grandis aeta-
te: fuit enim Socrates iam
septuagenarius, v. infra c. XIV.
et Apolog. p. 17. D. De εἰ
post verba animi affectum signi-
ficantia illato v. Buttm. §. 136.
Rost. §. 121. not. 5. al.

C. ἐν τοιαύταις ξυμφο-
ραῖς ἀλλοκονταί] Eadem
constructione Phileb. p. 45. C.
ἐν τοιούτοις νοσημῶσι ἐχόμενοι.
De republ. III. p. 395. D. ἐν
ξυμφοραῖς τε καὶ πένθει καὶ
θυγῆσι ἐχόμενοι. Legg. X. p.
887. E. ἐν ξυμφοραῖς παντοίας
ἐχομένων καὶ ἐν εὐπραγίαις, ubi
zeugma notabis. Phaedon. p.
108. B. ἐν πάσῃ ἐχομένη ἀπο-
ρίᾳ. Ibid. δεδεμένος ἐν ἀνάγκαις.
Sophoc. Aiac. v. 270. ἀνὴρ
ἐκείνος, ἦν ἐν τῇ νόσῳ,
αὐτὸς μὲν ἦδεθ' οἶον εἶχε' ἐν
κακοῖς. Vulgatum αὐτοῖς etsi
cum Boeckhio ad Min. et
Legg. p. 107. defendi potest,
siquidem ἐπιλύεσθαι proprie est

τοὺς ἐπιλύεται ἢ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ
παρούσῃ τύχῃ. ΣΩ. Ἔστι ταῦτα. ἀλλὰ τί δὴ οὕτω
πρὸ ἀφίξι; ΚΡ. Ἀγγελίαν, ὦ Σώκρατες, φέρων
χαλεπὴν, οὐ σοί, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἀλλ' ἐμοὶ καὶ
τοῖς σοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν,
ἦν ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύντατ' ἂν ἐνέγ-
καιμι. ΣΩ. Τίνα ταύτην; ἢ τὸ πλοῖον ἀφίεται ἐκ
Δήλου, οὗ δεῖ ἀφικόμενον τεθνάναι με; ΚΡ. Οὐ D

φείαν, οὐ κ. τ. λ., quod ortum ex sequentibus. Errorem vel inde
cognoscas, quod istud καὶ βαρεῖαν in aliquot libris punctis nota-
tum est. Hirschigius tamen hic scripsit χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν,
quo facto in proximis arbitrio suo verba: καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν
exterminavit: iusto audacius, opinor.

alicui aliquid liberum
praestare, tamen melioribus
libris fuit obtemperandum, prae-
sertim quum etiam ἐπιλύεσθαι
τίνα recte dici videatur eo sen-
su, ut sit aliquem liberum
praestare, liberare ab ali-
qua re. Sententia igitur haec
est: neque tamen senectus
eos liberos praestat,
quod attinet ad illud, ne
morte non indignentur.
Ex quo intelligitur, qui fiat,
ut τὸ μὴ οὐ saepe significet
quominus; v. Hermann.
Mus. Studior. Antiquit. Wolf.
et Buttmann. Vol. I. p. 220.
ad Viger. p. 802. De accusa-
tivo v. Eurip. Hippolyt. v. 48.
τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτιμήσω
κακόν, τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν
τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ δίκην
τοσαύτην, ubi codd. quidam τοῦ
μὴ οὐ habent. Aeschyl. Pro-
meth. v. 243. ἐξουσιάζων βο-
ταῖος τοῦ μὴ διαθήμισθέντας εἰς
Ἄιδον μολεῖν, ubi ex codd. scri-
bendum videtur τὸ μὴ. Ari-
stoph. Rann. v. 68. οὐδέ τις μ'
ἂν πελοεῖν ἀνθρώπων τὸ μὴ
οὐκ ἔλθῃν ἐπ' ἐκείνον. Plato
Reip. III. p. 354. B. οὐκ ἀπε-
οχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο
ἔλθῃν ἀπ' ἐκείνου.

ἀλλὰ τί δὴ —] h. e. sed,

ut ad superiora revertar,
cur tandem etc.

οὐ σοί, ὡς ἐμοὶ φαίνεται] Non tibi, inquit, ut patet,
molestum, sed mihi et fam-
iliaribus tuis omnibus
et molestum et gravem.
Cum vi enim repetit superius
χαλεπὴν addito etiam καὶ βα-
ρεῖαν, quippe quod etiam pon-
derosius est quam χαλεπὴν. Eu-
rip. Hecub. v. 100 sqq. πρὸς
σ' ἐλιάσθην — οὐδὲν παθῆν
ἀποκουφίσσον', ἀλλ' ἀγγελίας
βάρος ἀραιμένη μέγα. Hanc
elegantiam non sentientes critici
locum perperam sollicitaverunt.
v. ann. crit.

ἐν τοῖς βαρύντατα] H. e.
ἐν τοῖς βαρέως φέρουσι ἐγὼ βα-
ρύντατα ἂν ἐνέγκ. v. Matth. §.
290. conf. infra p. 52. A.

Τίνα ταύτην;] Intell. φέ-
ρεις, h. e. τίς ἐστιν αὕτη ἢ ἀγ-
γέλια, ἦν φέρεις; v. Matth. §.
264.

ἢ τὸ πλοῖον ἀφίεται
Particula ἢ quum fere poni so-
leat in secunda parte interroga-
tionis bimembris, tum etiam
ita usurpari solet, ut interrogatio
antegressis non per interroga-
tionem elatis opponatur: qua
ratione etiam Latin. an poni-

τοι δὴ ἀφίκται, ἀλλὰ δοκεῖ μὲν μοι ἤξειν τήμερον ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἤκοντες τινες ἀπὸ Σουνίου καὶ καταλιπόντες ἐκεῖ αὐτό. δῆλον οὖν ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων, ὅτι ἤξει τήμερον, καὶ ἀνάγκη δὴ εἰς αὐρίου ἔσται, ὧ Σώκρατες, τὸν βίον σε τελευταῖν.

Cap. II. ΣΩ. Ἄλλ', ὧ Κρίτων, τύχη ἀγαθῆ.

D. ἀλλὰ δοκεῖ μὲν μοι ἤξειν] Bodl. Tub. Flor. h. Par. D. Ven. b. δοκεῖν, quod fuit qui noto illo attractionis genere defenderet. quo infinitivus ex parentesi pendet; de quo v. ad Phaedr. p. 272. D. Nos indicativum unice verum putamus. De μὲν v. explicatt.

tur. Itaque locus sic intelligendus est: an vero navis rediit, qua reversa etc. Itaque cave ἢ desideraveris. Verba haec: οὐ δεῖ — ἀποικεθῆναι με; Hirschig, tanquam inepti magistelli, ut ait, importunum interpretamentum abiicienda censet, quia res et Critoni et Socratis aequalibus satis nota fuerit, ut eam accuratius exponere fuerit absurdum. Sed neutiquam otiosum videtur, quod Socrates continuo etiam moriendi necessitatem sibi instantem commemorat. Nec vero talia apud Platonem continuo abiicienda esse docuimus ad Apolog. Socr. p. 23. C. et E. De usu infinitivi τεθῆναι, pro quo expectes ἀποθνήσκειν, v. ad Apolog. Socrat. c. XVII. — De re ipsa v. Firscherus ad h. l. et quae ad Phaedon. p. 58. A sqq. exposuimus. Athenienses enim propterea, quod Apollo Theseum cum sociis ex Creta insula saluum reduxerat, quotannis miserunt publice legatos in Delum insulam, qui Apollini sacra facerent eumque hymnis celebrarent. Hi legati dicebantur θεωροί, s. θεωρία, a verbo ὁρεῖν, h. e. φρονιζεῖν, θεωρεῖν, et nomine θεός, h. e. Apollo. Inde ab eo tempore autem, quo sacra legatorum navis corona laurea ornata erat, usque ad

reditum legatorum nefas habebatur supplicia de publice damnatis sumi. v. Xenoph. Mem. IV. 8, 2. Phaedon. in. Quum igitur accidisset, ut navis pridie, quam Socrates damnaretur, laurea corona ornaretur et triginta diebus post rediret, Socrates post damnationem in carcere versatus est triginta dies. v. Phaedon. p. 58. A sqq. ibique ann. Xenoph. l. c.

D. ἀλλὰ δοκεῖ μὲν μοι ἤξειν] Possis interpretari: at videtur saltem. Falluntur qui in talibus μὲν vim asseverandi habere putant. Sic μὲν non subiecto δέ saepe ponitur ubi praecedat sententia negans, subiuncta per ἀλλὰ sententia adversativa, cui μὲν adnectitur. Sophist. p. 240. B. οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἄλοκός μὲν. Theaet. p. 201. B. οὐδαμῶς ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ πέισαι μὲν. Men. p. 87. A. οὐπω οἶδα, εἰ ἔστι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ μὲν τινα ἠπόθεον οἶμαι προύργου ἔχειν. Protag. p. 344. A. οὐ γὰρ εἶναι, ἀλλὰ γενέσθαι μὲν ἔστιν. Phaedr. p. 242. C. εἰμὲ μὲν δὴ μάντις μὲν, οὐ πάντων δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' — ὅσον μὲν ἐμαντιῶ μόνον ἱκανός. De Rep. V. p. 475. E. οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφους. Nimirum in talibus id, quod antea negatum est, ad adversati-

εἰ ταύτη τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτη ἔστω. οὐ μέντοι οἶμαι ἤξειν αὐτὸ τήμερον. ΚΡ. Πόθεν τοῦτο τει- 44
κμαίροι; ΣΩ. Ἐγὼ σοι ἐρωῶ. τῆ γὰρ που ὑστεραία δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ἢ ἂν ἐλθῆ τὸ πλοῖον. ΚΡ. Φασί γέ τοι δὴ οἱ τούτων κύριοι. ΣΩ. Οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας οἶμαι αὐτὸ ἤξειν, ἀλλὰ τῆς

ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων] ἀγγελῶν Ven. Π. v. explicatt. Cap. II. P. 44. ἢ ἢ ἂν ἐλθῆ] V. ἔλθοι, soloece, et praeter fidem codicum optimorum atque plurimorum. Φασί γέ τοι δὴ] V. δέ γέ τοι δὴ, invitis codd.

vam sententiam cum μὲν copulatam non iam denuo repetitur, quia sponte intelligitur, quid rei sit. Itaque sententia loci haec est: Non sane iam advenit, at videtur certe hodie adventurum esse secundum ea, quae nuntiant etc. quanquam id non pro certo affirmaverim, quippe quum non iam advenit. — Sunium, Atticae promontorium in ea parte situm, quae ad mare Aegeum et Cycladas insulas spectat.

ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων] Hirschigius τῶν ἀγγέλων abiecit, quia non dicatur δῆλον ἐκ τῶν ἀγγέλων neque ἀγγελοὶ apud Atticos aliter nisi de iis, qui quid nuntiant, intelligatur. Ac sane ἀγγελος non usurpatum est pro ἀγγέλμα s. ἀγγελία, siquidem Thucyd. VII. 8. τὴν αὐτοῦ γνώμην μηδὲν ἐν τῷ ἀγγέλῳ ἀφαιρισθεῖσαν falso Schol. explicat: τῆ ἀγγελία. Videtur tamen ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων non minus recte dici potuisse quam apud Lysiam contr. Nicomach. §. 7. p. 183. ἐκ τῶν τοιαῦτα λεγόντων πλείον ἢ χίλιοι τῶν τετρακοσίων γενήσονται, quanquam ibi quoque verborum scriptura controversa est. Nimirum recte iam ad nuntios transfertur, quod antea de re dicebatur ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν, i. e. ἐκ τού-

των ἂ ἀγγ. Phaedon. p. 61. C. ἐξ ὧν ἐγὼ ἠσθημαι — οὐδ' ὅπως τιοῦν — πέισεται. Theaet. p. 171. B. ὁ δέ γε αὐ ὁμολογεῖ καὶ ταύτην ἀληθῆ τὴν δόξαν ἐξ ὧν ἔγραψεν. Quae ratio si cui displicet, ei suademus codicis Veneti lectionem ἀγγελῶν potius probare, quam ἀγγέλων tanquam glossema exterminare.

Cap. II. τύχη ἀγαθῆ] Notissima formula, qua utebantur Graeci boni omnis causa, quum vel ipsi vel alii aliquid susciperent. Respondet Lat. quod bene vertat, quod bonum felix faustumque sit v. Sympos. p. 177. E. Thucyd. IV. 118. Itaque Socrates, audiens sibi moriendum esse, mortem adeo non metuit, ut etiam tanquam bonum aliquid appetendam arbitretur.

P. 44. ἢ ἢ ἂν ἐλθῆ] Post ὑστεραία particula ἢ infertur, quia illud habet vim et significationem comparativi. Sympos. p. 173. A. τῆ ὑστεραία ἢ ἢ τα ἐπὶνῆμα ἔθουν αὐτός τε καὶ ὁ χορευταί. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 314 sq. et Bast. Append. Epist. Crit. praef. p. VII. Loco optativi ἔλθοι recipimus coniunctivum; nam requiritur haec sententia: quo die redierit. Matth. §. 527.

Φασί γέ τοι δὴ οἱ τού-

ἑτέρας. τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τινος ἐνύπνιον, ὃ ἐώρακα ὀλίγον πρότερον ταύτης τῆς νυκτός· καὶ κινδυνεύεις ἐν καιρῷ τινι οὐκ ἐγείραι με. ΚΡ. Ἦν δὲ δὴ τί τὸ ἐνύπνιον; ΣΩ. Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδής, λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με καὶ εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἡματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἴσοιο. ΚΡ. Ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ὦ

B. ὦς γέ μοι δ.] V. ὡς ἐμοὶ δ. Sed Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. 7. Huet. Par. DS. Flor. f. g. h. ὡς γέ μοι δ. quod recte Herm. restituit. Contra Tub. Flor. d. ὡς γ' ἐμοὶ δ.

Cap. III. οὐ μὴ εὐμφορά.] V. οὐδεμία, quod e Coisl. Ven. Z. Vind. 2. 3. Par. BEH. Ang. Flor. i. Zitt. correctum. Dein ἔστιν, ἀλλὰ χ. e Bodl. Coisl. Ven. Z. Ang. Par. BEH. Vind. 2. 3. Zitt.

των κούριος] Intelliguntur undecimviri, οἱ ἑνδεκα, qui habebant potestatem carceris et suppliciorum ab iis sumendorum, qui publice damnati essent. Ea sunt h. l. ταῦτα. Ceterum v. ad Apolog. Socr. c. XXVII. De particulis γέ τοι δή, quae habent vim affirmandi cum restrictione, v. Hermann. ad Viger. p. 790.

τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τινος —] Frequens est hic usus verbi τεκμαίρομαι, quo ita ponitur, ut τοῦτο s. αὐτὸ intelligendum relinquatur. v. De republ. III. p. 406. D. Gorg. p. 484. B. Phaedon. p. 108. A. Lysid. p. 204. E. Hippas mai. p. 287. C. Eurip. Alcest. v. 245. al. Non sine causa autem adduntur verba ὀλίγον πρότερον. Nam somnia post mediam noctem visa pro veris haberi solebant. v. Homeri Odys. IV. v. 842 sqq. XX. v. 82—91. Horatius Satir. I. 10, 33. Quirinus post mediam noctem visus, quum somnia vera.

ἐν καιρῷ τινι] peropportune, ut sexcenties. Κινδυνεύειν, quod proprie est: in periculo versari, periclitari, sequente infinitivo alio-

rum verborum saepissime a scriptoribus Atticis ita ponitur, ut idem sit quod δοκεῖν, sicuti etiam vet. Grammatici interpretantur, de quibus v. Ruhnk. ad Tim. p. 159. Valckenar. ad Herod. V. 105. Nimirum ortus est usus loquendi ex genere quodam antiphrasis, qua Atticos imprimis constat valde delectatos esse.

Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ πρ.] Δοκεῖν est verbum proprium de visis et insomniis. Euripid. Iphig. Taur. v. 44. ἔδοξ' ἐν ὕπνῳ. Orest. v. 402. ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προσφερεῖς κόρας. Aristoph. Vesp. v. 31. ἔδοξέ μοι περὶ πρώτου ὕπνου ἐν τῇ πικρῇ ἐκκλησιάζειν κ. τ. λ. Quoniam autem personae in somnis apparentes divinae esse credebantur, hinc fit, ut fere humana specie pulchriores, grandiores, augustiores fingantur atque dicantur. Itaque mulier illa, quae Socrati apparuit, vocatur καλὴ καὶ εὐειδής, pulchra et formosa, eademque fuit λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, h. e. vestibibus candidis induta, quoniam veteres spectris candidas vestes tribuebant, de qua re v. intpp. ad Plinii Epist. VII. 27. — λευκὰ idem quod λευκὰ, h. e. candida. Vide ad Thomam

Σώκρατες. ΣΩ. Ἐναργὲς μὲν οὖν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κρίτων.

Cap. III. ΚΡ. Αἴαν γε, ὡς εἰοικεν. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Σώκρατες, ἐτι καὶ νῦν ἐμοὶ πείθου καὶ σώθητι· ὡς ἐμοί, ἐὰν οὐ ἀποθάνης, οὐ μὴ εὐμφορά ἐστιν, ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερηῆσθαι τοιούτου ἐπιτηδείου, οἷον ἐγὼ οὐδένα μὴ ποτε εὐρήσω, ἐτι δὲ

pro vulg. ἔστιν ἄλλη, ἀλλὰ χρ. In aliis libris ἀλλὰ omisso ἄλλη servatur.

χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερηῆσθαι.] Ita correxit Wolfius. Libri σοῦ, quod mireris tueri conatum esse Hermannum infinitivum etiam praepositioni iungi asseverantem. conf. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 39.

Mag. p. 566 sq. Salmas. ad Tertull. De pallio p. 182. Versiculus, quem mulier illa recitasse dicitur, petitus est ex Iliad. IX. 363. Sunt vero verba Achillis, quibus Ulyssi ostendit se iniuriis ab Agamemnone neceptis commotum domum esse rediturum, quo quidem se venturum esse speret die tertio. Itaque apud Homerum scriptum legitur ἰσολμην. Cicero de Divinat. I. 25, ubi huius loci mentionem facit, versiculus Latine sic convertit: Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. Ceterum aptissime Achilles in patriam redituri verba tribuuntur Socrati, item in patriam suam migraturo, h. e. in alteram vitam. Vita enim nihil aliud est nisi peregrinatio, et mors profectio in meliorem patriam. v. Davis. ad Cic. de divinat. I. 25. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 434. ed. Reitz. Gataker. ad Antonin. II. 17.

B. Ὡς ἄτοπον —] h. e. quam mirum, ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ut recte vocem interpretantur Thomas M., Phavorinus, alii. Phaedon. p. 60. B. ὡς ἄτοπον τι — εἰοικε εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ. Aristoph. Avv.

v. 1200. ἄτοπόν γέ τοι τὸ πρᾶγμα. Deinde quod somnium dicitur ἐναργὲς, intelligitur illud tam clarum et evidens, ut non opus sit coniectore aut interprete. Tum μὲν οὖν est imo, imo vero, ut Gorg. p. 466. A. E. Legg. II. p. 655. V. p. 728. A. Euthydem. p. 304. E. Hipp. mai. p. 283. B. Xenoph. Mem. III. 8, 4. Aristoph. Equitt. v. 13. 910. al.

Cap. III. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε —] Verbis ἐτι καὶ νῦν, vel nunc, nunc saltem, quo tempore scilicet ultima vitae servandae oblata est occasio, indicatur Critonem antea frustra Socrati persuadere conatum esse, ut fuga salutis suae consuleret. So ph. Phil. v. 950. ἀλλὰ νῦν ἐπ' ἐν σαινοῦ γενοῦ. Aristoph. Rann. 1246. ἀλλ' ὡγαθ', ἐτι καὶ νῦν ἀποδόξ.

οὐ μὴ εὐμφορά — ἀμειλίγησαι] Sensus hic est: Non unam tantum, sed multiplicem tua mors mihi calamitatem affert: nam praterquam quod te orbatus ero, qualem amicum nullo unquam tempore reperiam, etiam in perfidiae et nequitiæ suspicionem incurram apud

C καὶ πολλοῖς δόξω, οὐ μὲν καὶ σὲ μὴ σαφῶς ἴσασιν, ὡς οἷός τ' ὦν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, ἀμελήσαι. καίτοι τις ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα, ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; οὐ γὰρ πείσονται οἱ πολλοί, ὡς σὺ αὐτὸς οὐκ ἠθέλησας ἀπιέναι ἐνθάδε, ἡμῶν προθυμονμένων. ΣΩ. Ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; οἱ γὰρ ἐπιεικέστατοι, ὦν μᾶλλον ἄξιον φροντίζειν, ἠγήσονται αὐτὰ οὕτω

C. ἀμελήσαι] Sic Bodl. Coisl. Par. DEHS. Angel. Ven. b. Vind. 1. 2. 3. 6. 7. Flor. f. g. h. i. Tub. al. Vulgo ἀμελήσομαι. D. αὐτὰ δὲ δῆλα] Steph. de coniect. δηλοῖ. Non opus. τὰ μέγιστα σχεδόν] V. σχεδόν τὰ μέγιστα, invitis Bodl.

eos, qui me atque te non satis noverint. Itaque quod plenius dici licebat sic: οὐ μὲν ἔμφροτά ἐστιν ἐμοί, ἀλλὰ πλείονος χωρὶς μὲν γὰρ τοῦ ἐπιεικέστερου etc., id sic in brevius contractum est, ut particula ἀλλὰ praemittatur iis verbis, quae explicationem continent illius sententiae, quae opposita est praecedentibus: οὐ μὲν ἔμφροτά ἐστιν, in quibus ut cum Hirschigio ἐστιν pro ἐστιν refingatur, non opus videtur. His vero explicatis superest, ut de singulis dicamus. Et primum quidem, ut fidem faciamus receptae sine codicum auctoritate scripturae, consulas Sympos. p. 173. C. χωρὶς τοῦ οἰεσθαι ὠφελεῖσθαι ἰπερφηρῶς ὡς χαίρω. Ibid. p. 184. B. οὐδὲν γὰρ δοκεῖ τοῦτων οὐτε βέλαιον οὐτε μόνιμον εἶναι χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφικέναι ἀπ' αὐτῶν γενναίων φίλων. Legg. VII. p. 814. C. χωρὶς τοῦ κακοῦ οὐδαμῶς ἐσχισμοῦ γίγνεται ἂν. Charmid. p. 44. B. Demosth. adv. Mid. p. 43. ed. Buttm. Porro tirones monendi videntur de vi et potestate verborum οὐδὲν μὴ ποιεῖ, quae Germanice reddas: keinen wohl irgend jemals; quod etsi per se lenius

dictum est, tamen ethicam quandam gravitatem habet. Caussas autem et origines huius loquendi rationis cognoscas ex annot. ad Rempubl. VI. p. 492. E. Enimvero quae ibi de οὐ μὴ disputavimus, ea plane conveniunt in h. l., ubi οὐδὲν μὴ ποιεῖ dictum accipias pro: οὐ μὴ ποιεῖ τινα, ut Charm. p. 168. D. ubi v. ann. Nec vero negligenda est particularum μὲν et δὲ in uno eodemque orationis membro consociatio, cuius aliquot exempla collegit Boeckhii Commentar. ad Pindar. T. II. P. II. p. 103. conf. Rost. Gr. §. 134. 13. a. a. Praeterea tenendum est ὡς non esse cum Buttmanno aliisque ad infinitivum ἀμελήσαι referendum, quod fieri vel propterea non potest, quod ὡς, nusquam illud sic post verbum δοκεῖν illatum, ne in hac quidem anacoluthia locum suum obtineret. Relinquitur ergo, ut voculam cum οἷός τ' ὦν coniectamus, ita ut Crito loqui putandus sit ex mente eorum, qui ipsum calumniaturi sint: quod genus loquendi illustravit Matth. §. 568. Sententia verborum igitur haec est: Praeterea etiam multis, qui me atque te haud satis noverint, te

πεπραχθαι, ὡςπερ ἂν πραχθῆ. KP. Ἀλλ' ὁρᾷς δὴ, ὅτι ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες, καὶ τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλειν. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνί, ὅτι οἷοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμιζρότατα τῶν κακῶν ἐξερογάεσθαι ἀλλὰ τὰ μέγιστα σχεδόν, εἴαν τις ἐν αὐτοῖς διαβεβλημένος ἦ. ΣΩ. Εἰ γὰρ ὠφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξερογάεσθαι, ἵνα οἷοί τε ἦσαν αὐ καὶ ἀγαθὰ τὰ

Ven. b. aliisque multis.

ἵνα οἷοί τ' ἦσαν αὐ] Accessit αὐ e Ven. b. Huet. Par. DS. Cum Bekkero adieciimus. Dein ἦσαν om. Ven. b. Vind. 6. Par. DS. alii quidam.

neglexisse videbor, quasi, si quid pecuniae impendere vellem, possem te conservare. Denique ne quis forte inserta particula ἂν scribendum putet ὡς οἷός τ' ἂν ὦν, conf. Herm. ad Eur. Hecub. v. 1087. et qui plurima istiusmodi exempla collegit Schaeferus Melett. critt. p. 55.

C. ταύτης δόξης, ἢ δοκεῖν] De hac loquendi ratione Matth. Gr. §. 450. 2. et §. 468. c. coll. ann. ad Gorg. p. 500. C. Infra p. 53. B. βέλαιον οὐτε μόνιμον εἶναι χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφικέναι ἀπ' αὐτῶν γενναίων φίλων. Legg. VII. p. 814. C. χωρὶς τοῦ κακοῦ οὐδαμῶς ἐσχισμοῦ γίγνεται ἂν. Charmid. p. 44. B. Demosth. adv. Mid. p. 43. ed. Buttm. Porro tirones monendi videntur de vi et potestate verborum οὐδὲν μὴ ποιεῖ, quae Germanice reddas: keinen wohl irgend jemals; quod etsi per se lenius

D. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα] Quod Stephanus de coniectura Cornarii recepit δηλοῖ, id, etiamsi primo adpectu verissimum videatur, tamen non est necessarium. Neque vero indigemus Fischeri ratione, qui frustra ex aliquot Theophrasti et Antonini locis, vel falso intellectis vel temere corruptis, demonstrare conatus est δῆλον habere vim et significa-

tionem activam, ut idem sit quod-δηλωτικόν. Etenim scriptor per anacoluthiam quandam a passiva ratione ad activam deflectit. Nam Crito quum aditurus esset haec: ἐπιεικέστατοι οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμιζρότατα τῶν κακῶν ἐξερογάεσθαι ἀλλὰ τὰ μέγιστα σχεδόν, εἴαν τις ἐν αὐτοῖς διαβεβλημένος ἦ. ΣΩ. Εἰ γὰρ ὠφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξερογάεσθαι, ἵνα οἷοί τε ἦσαν αὐ καὶ ἀγαθὰ τὰ

ἵνα οἷοί τε ἦσαν] De hoc constructionis genere v. ad Sympos. p. 181. B. Hermann. ad Viger. p. 850. Sententia verborum haec est: quo efficere possent etiam bona maxima, id quod non est in eorum potestate.

καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιστα] Propter oppositionem nunc ἀγαθὰ praepositum rhetorica transpositione admissa. Quo non in-

μέγιστα, καὶ καλῶς ἂν εἶχε. νῦν δὲ οὐδέτερα οἶοι τε· οὔτε γὰρ φρόνιμον οὔτε ἀφρονα δυνατοὶ ποιῆσαι, ποιούσι δὲ τοῦτο, ὃ τι ἂν τύχωσιν.»

E Cap. IV. KP. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐγέτω· τάδε δέ, ὡς Σώκρατες, εἶπέ μοι· ἀρὰ γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, μὴ, ἐὰν σὺ ἐνθένδε ἐξέλθῃς, οἱ συκοφάνται ἡμῖν πράγματα παρέχωσιν ὡς σὲ ἐνθένδε ἐκκλέψασι, καὶ ἀναγκασθῶμεν ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ συχνὰ χρήματα, ἢ καὶ ἄλλο τι πρὸς τούτοις παθεῖν; εἰ γὰρ τι τοιοῦτον

45

φροβῆ, ἕασον αὐτὸ χαίρειν· ἡμεῖς γὰρ που δίκαιοι

καὶ καλῶς ἂν εἶχε.] ἂν om. Steph. et Ven. E. Vind. 7. ceteri tuentur omnes.

tellecto Hirschigius importune de coniectura sua scripsit καὶ τὰ μέγιστ' ἀγαθὰ, licet unus cod. habeat καὶ τὰ μέγιστα ἀγαθὰ.

καὶ καλῶς ἂν εἶχε.] De his Cobetus Varr. Lectt. p. 104. „Quis non perspicit insiticia et supervacua esse verba καὶ καλῶς ἂν εἶχε? quae vel in negligentissimo scriptore reprehendi debebant, ea in Platone feremus?“ Nobis vero ea neutiquam frigida aut absurda videntur; nec adhuc visa sunt aliis utpote ad perspicuitatem necessaria. Hoc enim dicit: et praeclare nobiscum ageretur; haberemus, quo laetaremur.

τοῦτο, ὃ τι ἂν τύχωσι.] h. e. non rationem sequuntur, sed caecum quandam animi impetum. Infra p. 45. D. ὃ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσι. Protogor. p. 353. A. τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἀνθρώπων, οἷ ὃ τι ἂν τύχωσι. τοῦτο λέγουσι. Sympos. p. 181. B. ὁθεν δὴ ἐνυβαίνει αὐτοῖς, ὃ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν. Gorg. p. 522. C. ὃ τι ἂν τύχω, τοῦτο

πείσομαι. In quibus omnibus liquet ad τυγχάνειν participium intelligendum relinqui, ut h. l. ποιούντες. v. etiam ad p. 45. D.

Cap. IV. E. ἀρὰ γε μὴ ἐμοῦ προμ.] Interrogant hae particulae cum quadam eius rei, quam fieri nolumus, suspicione: du bist doch nicht etwa besorgt etc. v. Hermann. ad Viger. p. 824. coll. Schaeferi Melett. Critt. p. 66. Sed γε post ἀρὰ additum, de quo v. Apollonius Alex. in Bekkeri Anecdott. I. p. 517. et 518., intendit vim interrogandi particulae, perinde ac si dicas: du bist doch nicht gar etwa besorgt? — πράγματα παρέχειν, molestiam alicui facessere, saepe dicuntur ii, qui aliis molesti sunt accusando. Nam πράγματα simpliciter dici solent lites et controversiae. v. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 20.

ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ συχνὰ χρ.] h. e. aut omnem adeo rem familiarem amittere, aut certe magnam partem opum nostrarum. Vides, opinor, cur καὶ in primo mem-

ἔσμεν σώσαντές σε κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον καὶ, ἐὰν δέη, ἐτι τούτου μείζω. ἀλλ' ἐμοὶ πείθου καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖ. ΣΩ. Καὶ ταῦτα προμηθεύμαι, ὡς Κρίτων, καὶ ἄλλα πολλά. KP. Μήτε τοίνυν ταῦτα φοβοῦ· καὶ γὰρ οὐδὲ πολὺ τὰργύριόν ἐστιν, ὃ θέλουσι λαβόντες τινὲς σῶσαι σε καὶ ἐξαγαγεῖν ἐνθένδε. ἔπειτα οὐχ ὄρας τούτους τοὺς συκοφάντας ὡς εὐτελεῖς καὶ οὐδὲν ἂν δέοι ἐπ' αὐτοὺς πολλοῦ ἀργυρίου; σοὶ δὲ ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἐγώμαι, ἰκανά· ἔπειτα καὶ εἰ τι ἐμοῦ κηδόμενος οὐκ οἶσι δεῖν ἀναλίσκειν τὰμά, ξένοι οὔτοι ἐνθάδε ἔτοιμοι ἀναλί-

B

Cap. IV. P. 45. Μήτε τοίνυν τ. φ.] V. μὴ, quod e Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 7. Flor. f. h. Huet. Par. DS. mutatum.

bro posuerit, omiserit in secundo. In tertio autem iterum addidit, quia novum periculi genus commemoratur; nam ἄλλο τι παθεῖν est: ne ipsi in vincula coniciamur, exsilio multemur, necemur; v. ad Apolog. cap. XXVI. Cum toto loco conferas illa, quae infra p. 53. B. leguntur.

P. 45. ἕασον αὐτὸ χαίρειν.] h. e. nunc timorem missum facias. Genus loquendi illustravit Valckenar. ad Herodot. IX. 41. ad Eurip. Hippolyt. v. 113. et Heindorf. ad Theaetet. p. 441. De constructione verborum ἡμεῖς γὰρ που δίκαιοι ἔσμεν — κινδυνεύειν v. Matth. §. 296. Buttm. §. 138. 5. Rost. §. 125. 6

καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖ.] Sic infra c. V. extr. πείθου μοι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖ, et alibi. v. ad Phaedon. p. 117. A. Remp. I. 328. A.

Μήτε τοίνυν ταῦτα φοβοῦ.] Abruptum sermonis filum mox sect. D. resumitur his verbis: ὥστε — μήτε ταῦτα φοβοῦ. Intelligitur ex his, cur librarii μήτε in μὴ mutaverint.

τούτους τοὺς συκοφάν-

τας] dicitur cum contemptu. Infra c. IX. τοῦτων τῶν πολλῶν. Soph. El. v. 530. ed. Br. πατήρ οὗτος σός, pater iste tuus. Demosth. Philipp. I. P. 41. παραδείγμασι χρώμενοι τῇ τε τότε δόμῃ τῶν Λακεδαιμονίων — καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου. Apolog. Socr. p. 17. B. De Rep. III. p. 403. A. Sympos. p. 181. E. Gorg. p. 452. E. al.

ἐπ' αὐτοὺς] h. e. ad eos corrumpendos.

ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα] tibi meae opes praesto sunt: in usum tuum paratae sunt atque promptae; es steht dir das Meinige zu Gebote: nam ἐκὰνὰ per appositionem additum est. Teigit hunc usum Wyttenbach. ad Select. Princip. Histor. p. 381., qui omnino de hoc verbo consulendus est. cf. etiam Lexic. Xenophont. T. IV. p. 333.

E. ἐμοῦ κηδόμενος] verens ne inops fiam opibus meis pro salute tua impensis.

ξένοι οὔτοι ἐνθάδε] ecce hospites hic adsunt parati etc. Noli enim ἐνθάδε tanquam otiosum damnare. Nam οὔτοι indicat δεικτικῶς eorum in iudi-

σκειν. εἰς δὲ καὶ κεκόμικεν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀργύριον ἰκανόν, Σιμμίας ὁ Θηβαῖος· ἔτοιμος δὲ καὶ Κέβης καὶ ἄλλοι πολλοὶ πάνυ. ὥστε, ὅπερ λέγω, μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμης σαυτὸν σῶσαι, μήτε ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικαστηρίῳ, δυσχερές σοι γενέσθω, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελεθῶν ὃ τι χρῆσθαι σαυτῷ. πολλαχού μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίξη ἀγαπήσουσί σε· ἐὰν δὲ βούλη εἰς Θετταλίαν ἵεναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἳ σε περὶ πολλοῦ ποιήσουσι καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται, ὥστε σε μηδὲνα λυπεῖν τῶν κατὰ Θετταλίαν.

Cap. V. "Ἐτι δέ, ὦ Σώκρατες; οὐδὲ δικαίον μοι

B. εἰς δὲ καὶ κεκόμ.] In his καὶ om. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. Flor. a. c. g. h. Huet. Par. D. Sed tumentur illud Bodl. Tub. alii meliores; idque verissime: habet enim vim augendi, ut sit: a deo.

ὃ τι χρῆσθαι] Sic Bodl. Ven. b. aliique plurimi pro vulg. χρῆσθαι.

Cap. V. C. τοιαῦτα σπεύδεις] Iniuria Stephan. cum ex Ven. E. correxit σπεύδειν, neque enim haec e superioribus pendent, sed

cio praesentiam; ἐνθάδε autem indicat eos Athenis versari. De hoc usu pronominis οὗτος v. Matth. §. 471. et qui ingentem exemplorum vim congressit Schaeferus Melett. Critt. p. 77 sq. — Simmias et Cebes, Thebani et Socrati familiarissimi, in Phaedone cum eo disputantes introducuntur. De iis pauca quaedam in eorum vitis memoriae prodidit Laërt. II. 124 et 125. et Suidas in h. v. Mentio eorum etiam iniicitur Phaedon. p. 59. C. et Epistol. Platonic. XIII. Uterque nonnulla scripsisse perhibetur: sed quae hodie sub Cebetis nomine circumfertur Tabula, videtur illa immerito ei tribui. De v. πάνυ post πολλοῦ collocato v. ad Phaedr. p. 256. E. Menex. p. 235. A.

μήτε — ἀποκάμης] h. e. noli in salute tua curanda propter obiectas difficultates animum despondere. Etenim Crito prae nimio amore et pietate erga amicum summae, qua ille ornatus erat,

virtutis immemor Socratem putat et ipsum salutis suae fuga consulere voluisse. Pro ὅπερ λέγω, id quod dixi, iniuria Hirschig. de suo obtrusit Platoni ὥστε λέγω.

ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικ.] Vid. Apolog. p. 37. C. D. cap. XXVII.

ὃ τι χρῆσθαι σαυτῷ] Nos dicimus: was du mit dir anfangen solltest. Sic Gorg. p. 486. A. Sympos. p. 216. C. Xenoph. Anab. III. 1, 41. Contulit praeterea Iacobsius Lucian. Bis Accusat. 27: ὃ τι χρῆσθαι σαυτῷ οὐκ εἰδώς. Nocyom. §. 3: οὐκ εἰδώς ὃ τι χρῆσθαι σαυτῷ. Harmonid. in. ὅπως μοι χρῆσθαι σαυτῷ καὶ τῇ τέχνῃ. Adde Aeschin. adv. Ctesiphont. p. 76 ed. Bremi: ἀπορῶν δ' ὃ τι χρῆσθαι σαυτῷ — μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε.

καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίξη] Scribendum erat ἀλλοῦ e vulgari ratione. Sed quoniam sequitur ὅποι, per attractionem, quam vocarunt recentiores grammatici, ἄλλοσε dictum est. De

δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πράγμα, σαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι· καὶ τοιαῦτα σπεύδεις περὶ σεαυτὸν γενέσθαι, ἅπερ ἂν καὶ οἱ ἐχθροὶ σου σπεύσαιέν τε καὶ ἐσπευσαν σὲ διαφθεῖραι βουλόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς νικεῖς τοὺς σαυτοῦ ἐμοίγε δοκεῖς προδιδόναι, οὓς σοι ἐξὸν καὶ ἐκθρεῖναι καὶ ἐκπαιδεῦσαι οἰχῆσαι καταλιπών, καὶ τὸ σὸν μέρος, ὃ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσι· τεύξονται δέ, ὡς τὸ εἰκός, τοιούτων, οἷάπερ εἴωθε γίνεσθαι ἐν ταῖς ὀργαναῖς περὶ τοὺς ὀργανοὺς. ἢ γὰρ οὐ χρὴ ποιῆσθαι παῖδας, ἢ ξυνδιαταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα· σὺ δὲ μοι δοκεῖς τὰ ῥαθυμώτατα αἰρεῖσθαι. χρὴ δέ, ἅπερ ἂν

per se seorsum sententiam efficiunt, quod certe dicentis fervori est convenientius.

D. ἢ γὰρ οὐ χρὴ π.] Vulgo χρῆν, quod ex Bodl. Ven. b. Vind. 6. Huet. Par. DS. correximus.

σὺ δέ μοι δοκεῖς] Bekkerus ex aliquot codicibus δ' ἐμοὶ δ. dedit: sed v. ad Protagor. p. 341.

qua re v. Herm. ad Viger. p. 941. Matthiae §. 474. Buttman. §. 138. I. 4. Rost. §. 123. 5. not. 8. Sustuli igitur interpunctionem.

Cap. V. C. ἐξὸν σωθῆναι] quum possis salvus evadere. v. Matth. §. 564. Verba: σαυτὸν προδοῦναι, praecedentibus per epexegetin subiecta. Menon. p. 76. A: ὑβριστῆς εἰ, ὃ Μένων, ἀνδρὶ προσβύτη πράγματα προστάτεις, ἀποκηρῆσθαι. Ibid. p. 80. A: καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιούτων τι πεποιημέναι, ναρκᾶν. Euthyphr. p. 11. A: πάθος δέ τι (κινδυνεύεις) περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὃ τι πέπονθε τὸ δάιον, φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν.

D. οἰχῆσαι καταλιπών] Verbo οἰχεσθαι indicatur vel celeritas actionis vel agentis impetus. Exempla loquutionis collegit Matthiae §. 559. c.

τὸ σὸν μέρος] quantum in te est, quod ad te attinet, ut c. XI. et XVI.

ὃ τι ἂν — τύχωσι] Intell. πράττοντες. v. ad p. 44. D. Sen. Plat. Opp. Vol. I. P. I.

tentia haec est: eam sortem habebunt, quam is fortunae arbitrium tribuerit; quidvis iis accidere poterit. Nam verbum πράττειν de fortuna et prospera et mala usurpatur, ut in formulis εὐ πράττειν et κακῶς πράττειν. Notandus est autem usus pronominis τοῦτο, cuius loco e vulgari ratione adverbium aliquod ponendum erat. Sed eodem modo Eurip. Troad. v. 700: πράξεν τι κενόν, ubi Seidlerus: „Dictum est pro εὐ πράξεν.“ Eurip. Iphig. Aul. v. 345: πράσσειν μεγάλα i. q. μάλ' εὐτυχεῖν. Aristoph. Avv. 1703: ὃ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες.

τὰ ῥαθυμώτατα αἰρεῖσθαι] quae maxime animi levitati convenient. Male Serranus: Tu autem mihi videris ea, quae cum maxima pigritia atque supinitate coniuncta sunt, elegisse. Mox ad verba φάσκοντά γε δή ne quis se intelligat, aut cum Hirschigio τὸν ante φάσκοντα inserat, latet in infini-

ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀνδρείος ἔλοιτο, ταῦτα αἰριῶσθαι, φάσκοντά γε δὴ ἀρετῆς διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐπιμελεῖσθαι. ὡς ἔγωγε καὶ ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἐπιτηδεῖων αἰσχύνομαι, μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σέ ἀνανδρία τινὶ τῇ ἡμετέρῃ πεπραῆχθαι, καὶ

E. ὡς εἰς ἡλθεσ] Bodl. Ven. b. Flor. d. f. εἰς ἡλθεν: in Bodl. tamen εἰς ἡλθεσ superscriptum. Tertiam personam vix admittit quod sequitur ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν. Dein δῆπου τουτί cum Bodl. et Ven. b. pauci alii. Sed δὴ venuste dictum cum ironia est; et που ortum

tivo, cui participium adiunctum est, personae indefinitae τινά significatio, de qua re monui ad p. 43 B.

ὑπὲρ σοῦ — αἰσχύνομαι] Theaet. p. 490. E. αἰσχυνόμεν γὰρ ἂν ὑπὲρ ἡμῶν. Symp. p. 183. A. Legg. VII. p. 819. D. v. ad Apol. Socr. p. 23. E.

E. καὶ ἡ εἰσοδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον] Iniuria Forsterus aliique verba τῆς δίκης, quae non conversa vidissent a Ficino et in Par. S. et Huet. omissa, in glossematis suspicionem vocarunt. Quum enim ἡ δίκη saepissime dicatur εἰσιέναι vel εἰσερχεσθαι, de qua re vide praeter Casaubon. Theophrast. p. 157. etiam Buttman. Indic. ad Demosthen. orat. Midian. s. h. v. quidni recte etiam habeat ἡ εἰσοδος τῆς δίκης? Et video Fischerum, Schleiermacherum, Buttmannum eandem rationem vulgatae lectionis defendendae inisse. Verba εἰς τὸ δικαστήριον autem, quae Schleiermacherus delenda censuit, ne quem forte posthac offendant, etiam ubi causa ipsa dicitur εἰσιέναι vel εἰσερχεσθαι, huiusmodi additamentum non inusitatum est. Demosthen. adv. Phormion. T. II. p. 912. 27: μελλούσης τῆς δίκης εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον. Intelligitur vero ἡ εἰσοδος τῆς δίκης, quum admittuntur actor et reus ad causam apud iudicem agendam. v. Schoemann. et

Meier. De lit. Att. p. 705 sqq. Itaque verba ὡς εἰς ἡλθεσ, ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν, addita sunt interpretationis causa, quandoquidem etiam ipse reus dictus est εἰσιέναι et εἰσερχεσθαι, ut ostendit Wolf ad Leptin. p. 339. Quamquam dubitari poterit, num scribendum sit ὡς εἰς ἡλθεν, quod Wolfio placuisse video, praesertim quum id viri docti in libris non malae notae repererint. De qua re etiam nunc nihil decernam, tamen istud ἐξὸν videtur tutari lectionem εἰς ἡλθεσ. Praeterea viri docti dubitaverunt, quorsum ista: ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν, referenda et quomodo explicanda sint. Quorum alii suspicanti sunt respici ad illam legem, quam Lysias p. 354. ed. Reisk. commemorat, et ex qua licebat δεδιότι δίκης ἔνεκα δρασαῖσθαι, h. e. causae suae diffidenti fuga se subtrahere: alii ad Anytum haec referri maluerunt, qui, teste Libanio T. I. p. 644., postquam accusationem instituisset, pactis quibusdam conditionibus in gratiam cum Socrate redire voluerit. Ut ut est, Libanii certe narrationem fide indignam iudicamus, quum in causis publicis accusatori, re ad magistratus iam delata, cum adversario de lite componenda agere non amplius licuisse exploratum habeamus. v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 702. et qui rem doctissime exposuit, Hudtwalcker.

ἡ εἰσοδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον, ὡς εἰς ἡλθεσ, ἐξὸν μὴ εἰσελθεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης ὡς ἐγένετο, καὶ τὸ τελευταῖον δὴ τουτί, ὡς περὶ κατάγελως τῆς πράξεως, κακία τινὶ καὶ ἀνανδρία τῇ ἡμετέρῃ διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν, οὔτινες σε οὐχὶ ἐσώ- 46

errore ex proxima syllaba.

P. 46. οὐχὶ ἐσώσαμεν] Sic Bodl. Ven. b. Tub. Vind. I. 4. 6. 7. Flor. f. h. Par. D. pro vulg. οὐ διεσώσαμεν. Ceteri fere omnes habent οὐκ ἐσώσαμεν.

de Diaetetis Atheniens. p. 159 sqq.

αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης] Referenda sunt haec verba ad contentionem coram iudicibus, hoc est ad orationes in iudicio habitas, imprimisque ad Socratis defensionem.

ὡς περὶ κατάγελως τῆς πράξεως] „Hoc totum velut ad fabulam aliquam relatum accipiendum est, comoediam videlicet aut tragoediam, quae tres partes habet, πρότασις, ἐπίτασις, καταστροφή: ita ut sit ingressus ad iudicium πρότασις, causae vero actio ἐπίτασις, et postremo quod non servatus sit Socrates catastropha, quae hic a Platone κατάγελως dicitur.“ Cornar. Nimirum quia hic exitus iudicii Critonis sententia ridiculus videri debebat, propterea κατάγελως vocatur tanquam ridicula quaedam fabulae conversio vel catastrophe.

διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν] Verba: τὸ τελευταῖον δὴ τουτί, cohaerent cum illis. ἅπαν τὸ πρᾶγμα πεπραῆχθαι, pariter atque priora illa: καὶ ἡ εἰσοδος τῆς δίκης et καὶ αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης. Etenim tria commemorantur a Critone, quae Socratis amicis opprobrio fore videantur: causae initium, eiusdem defensionis, denique iudicii exitus et τὸ κακία τ. κ. ἀ. τ. ἡμ. διαπεφευγέναι δοκεῖν. Nam infinitivus διαπεφευγέναι δοκεῖν per epexegesin additus est verbis τὸ

τελευταῖον δὴ τουτί, usu loquendi frequentissimo. Gorg. p. 469. C. ἀλλ' ἐγωγε τοῦτο λέγω, ὅπερ ἀρετὴ. ἐξείναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο, ubi Heindorfius τὸ ἐξείναι legendum censet. Phaedo. p. 78. C. ἀρ' οὐκ τῷ μὲν συνεθένητε καὶ συνεθέρω ὄντι φῶσει προσήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτην, ἢ περὶ συνετέθη; cf. ad Apol. Socr. p. 18. A. Ponitur autem διαπεφευγέναι absolute, ut intelligi possit τὸν κίνδυνον: quem verbi usum non adeo rarum esse docebunt lexica Thucydidea et Xenophontea. Denique infinitivus δοκεῖν, quum antea dictum sit μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα — πεπραῆχθαι, additus alicui videatur per negligentiam quandam atque abundantiam, qualem supra cap. 3. animadvertimus in verbis: καίτοι τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; Verum tamen re accuratius considerata hoc loco illum vix recte abesse posse patebit. Nam si diceret Crito: διαπεφευγέναι ἡμᾶς, concedere videretur verum illud esse opprobrium, quod sibi ceterisque Socratis amicis obiectum iri ait, praesertim quum antea commemoraverit ea; quae re vera facta erant. Nam et Socrates in iudicio comparuerat et instituta erat coram iudicibus contentio, quae ὁ ἀγὼν τῆς δίκης vocatur. Quae quum ita sint, neque iis,

σαμεν, οὐδὲ σὺ σαυτόν, οἷόν τε ὄν καὶ δυνατόν, εἴ τι καὶ μικρόν ἡμῶν ὄφελος ἦν. ταῦτα οὖν, ὦ Σώκρατες, ὄρα, μὴ ἅμα τῷ κακῷ καὶ αἰσχρῷ ἢ σοὶ τε καὶ ἡμῖν. ἀλλὰ βουλευού, μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλευέσθαι ἐτι ὦρα, ἀλλὰ βεβουλευῆσθαι. μία δὲ βουλή· τῆς γὰρ ἐπιούσης νυκτὸς πάντα ταῦτα δεῖ πεπραχθῆναι. εἰ δέ τι περιμενοῦμεν, ἀδύνατον καὶ οὐκέτι οἷόν τε. ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ, ὦ Σώκρατες, πείθου μοι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποίει.

Cap. VI. ΣΩ. ὦ φίλε Κρίτων, ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία, εἰ μετὰ τινος ὀρθότητος εἴη· εἰ δὲ μί,

πάντα ταῦτα δεῖ πεπρ.] ταῦτα πάντα Bekk. ex Ven. II. Huet. D.S.
εἰς δὲ τι περιμεν.] τι accessit e Ven. b. Vat. Tub. Vind.

qui locum tentarunt coniecturis, neque illis, qui anacoluthiam in his reperisse sibi visi sunt, ullo pacto adstipulandum censemus.

P. 46. οὐδὲ σὺ σαυτόν] Haec verba prima certe specie sententiam pervertere videntur. Etenim loquitur Crito nunc non de Socrate salutis suae parum studioso, sed de amicorum eius incuria atque ignavia, qui magistro deserto suae ipsorum tantum saluti consuluisse videantur. Habent tamen illa excusationem ac defensionem ex eo paratam, quod Crito iudicio illi de Socratis familiaribus interponit lenem ipsius magistri reprehensionem, profectam illam a generosa quadam animi indignatione, qua moleste ferebat, quod Socrates accipere nollet quae ab amicis ad servandam ipsius salutem essent parata. Latine haec explanare licebit hoc modo: qui te non conservaverimus, quem admodum nec tu te ipsum, quum tamen fieri illud potuisset.

εἴ τι καὶ — ἡμῶν ὄφελος ἦν] Explanavimus haec ad Apo-

log. Socrat. p. 28. B. cf. Hemsterhus. ad Luciani Tim. c. 55. Mox ἅμα τῷ κακῷ dictum est ut alibi πρὸς τῷ κακῷ et similia, de quo loquendi genere v. ad Reip. X. p. 610. E.

μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλή.] Μᾶλλον δὲ est vel potius, imo vero. Proxima Germanice ita reddas: es ist nicht einmal mehr Zeit zu berathen, sondern zu berathen zu sein. Charmid. p. 176. C. οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ, τί βουλευέσθον ποίειν; Οὐδέν, ἔφη ὁ Χαρμίδης, ἀλλὰ βεβουλευμένθα.

Cap. VI. B. ἡ προθυμία σου — ὀρθότητος εἴη] h. e. studium tuum mei servandi magni faciendum est et laudandum, si cum recta ratione coniunctum sit. Ad ἀξία intelligendum ἐστὶ, frequenti omissione, de qua vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 605. Matth. §. 304. De optativo εἴη praecedente indicativo v. Matth. §. 524. 8. et Apolog. p. 19. E.

οἷος τῶν ἐμῶν —] h. e. ὡς τε — πείθεσθαι, v. Matth. §. 479. 2. 3. Ad τοιοῦτος intelli-

ὄσω μίζων, τοσοῦτω χαλεπωτέρα. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε ταῦτα πρακτέον εἴτε μή· ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ αἰεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνεται. τοὺς δὲ λόγους, οὓς ἐν τῷ εὐπροσθεν ἔλεγον, οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν, ἐπειδὴ C
μοι ἦδε ἡ τύχη γέγονεν, ἀλλὰ σχεδόν τι ὅμοιοι φαίνονται μοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς προσβέω καὶ τιμῶ, οὓς περ καὶ πρότερον· ὣν ἐὰν μὴ βελτίῳ ἔχωμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι, εὖ ἴσθι ὅτι οὐ μὴ σοὶ ξυγχορήσω, οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἢ τῶν πολλῶν

2. 3. 4. 6 7. Flor. d. f. h. Huet. In Bodl. est εἰ δ' ἐτι π., quod Hirschig. edidit. Sed hoc dicit: si qua cunctabimur.

B. τοὺς δὲ λόγους] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 7. Tub. Huet. Flor. 1. h. pro vulg. δῆ.

gendum est εἰμί, de qua ellipsi paullo rariore v. ad Gorg. p. 487. D. et intpp. ad Gregor. Corinth. p. 152 sq. — τὰ ἐμά, quae ad me pertinent.

οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν] h. e. reiicere, repudiare. Nam opponuntur verba τιμῶν et προσβέω. Ἐκβάλλειν proprie est foras prolicere, abicere, diciturque de rebus vilibus aut inutilibus, quas nihili facimus: hinc saepenumero est spernere, contemnere.

προσβέω καὶ τιμῶ] Polylux Onom. II. 12: προσβέειν, τὸ τιμῶν παρὰ Πλάτωνι, ubi vid. intpp. Sympos. p. 186. B: ἕνα καὶ προσβέωμεν τὴν τέχνην. Ibid. p. 187. C: ἐὰν μὴ — μηδὲ τιμῶ τε αὐτὸν καὶ προσβέω. Aeschyl. Choeph. v. 480. Eumenid. v. 1. Eurip. Hippolyt. v. 5. Alcest. v. 282. Alia exempla ex Herodoto, Thucydide, Sophocle, Euripide, aliis, petita collegerunt interpp. ad Thom. M. p. 737. — ὅμοιοι, h. e. pares, iidem atque antea. De ὅμοιον sic usurpato v. ad Tim. p. 42. C. 67. B. et conf. mox p. 46. D.

C. ὅτι οὐ μὴ σοὶ ξυγχο-

ρήσω] h. e. me haud sane tibi obtemperatum. De particulis οὐ μὴ earumque usu v. ad cap. III. in.

οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων—] Ordo verborum Buttmanno iudice hic est: οὐδ' ἂν ἢ τῶν πολλῶν δύναμις μορμολύττηται ἡμᾶς ὡς περ παῖδας, ἐπιπέμπουσα πλείω, δεσμούς κτλ. Non credo. Nam πλείω connectendum est cum μορμολύττηται, ita ut accusativo absoluto positum accipiat loco adverbii: quam rationem suadet ipsa verborum collocatio. Sic infra p. 53. A: ἐλάττω ἀπεδήμησας. Legg. X. p. 904. C. et D: ἐλάττω πλημμελεῖν. Alia dedimus ad Remp. III. p. 396. C. Μορμολύττηται est gestu quodam et pronuntianda voce Μορμώ pueros terrere, ut bene explanat Gesnerus ad Claudian. Carm. XXXI. v. 111. probante Ruhnkenio ad Tim. p. 181 sq. Valcken. ad Theocr. Thesmoph. v. 40. Deinde est terrere aliquem, pavefacere, obiectis terriculis. Denique significat omnino terrere, terrorem incutere, sed eum

δύναμις ὡς περὶ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττητα, δεσμούς τε καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποῖμεθα αὐτά; Εἰ πρῶτον μὲν τοῦτον τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν, ὃν σὺ λέγεις περὶ τῶν δοξῶν, πότερον καλῶς ἐλέγεται ἐκάστοτε ἢ οὐ, ὅτι ταῖς μὲν δεῖ τῶν δοξῶν προσέχειν τὸν νοῦν, ταῖς δὲ οὐ· ἢ πρὶν μὲν ἐμὲ δεῖν ἀποθνήσκειν καλῶς ἐλέγεται, νῦν δὲ κατὰ δῆλος ἄρα ἐγένετο, ὅτι ἄλλως ἔνεκα λόγου ἐλέγεται, ἢν δὲ παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς; ἐπιθυμῶ δ' ἐγὼγε ἐπισκέψασθαι, ὦ Κρίτων, κοινῇ μετὰ σοῦ, εἰ τί μοι ἀλλοιότερος φανέται,

C. λέγεις περὶ τῶν δοξῶν] Euseb. τὸν περὶ τῶν δοξῶν.
D. ἐπειδὴ ὡς ἐγὼ] V. ἐπειδὴ γε ὡς ἐγὼ, invitis codd.
P. 47 τὰς δόξας τῶν ἀνθρώπων.] Vind. 1. 6. Vat. Flor. d. cum

fere vanum et inanem. Activum μορμολύττεω nusquam nisi apud grammaticos reperitur: Attici semper μορμολύττεσθαι dicunt. Ἐπιπέμπειν, ut Lat. immittere, de iis dici solere, quae hominibus subito et magna cum vi intentantur atque immittuntur, docuit Hemsterhus. ad Lucian. T. 1. p. 208.

καὶ θανάτους — καὶ ἀφαιρέσεις] Attendas numerum pluralem non sine vi positum. Solent enim eiusmodi nomina, quando de truculentia rerum, quas designant, vel etiam de earum frequentia et multitudine cogitatur, in numero plurali poni. cf. Seidlerum ad Eurip. Electr. v. 479. Achilles Tat. VIII. 8. καὶ θανάτους καὶ δεσμούς παραδοθέντας. Plat. Lachet. p. 191. D. ὅσοι πρὸς πεινίας ἀνδρείοι εἶσι Legg VIII. p. 847. A. δεσμοῖσι καὶ χρημάτων ζημίαις καὶ ἐκβολαῖς κτλ. Sic mortis ap. Cicer. Tusc. III. 4. de Fin. 1. 8. neces Cutil. I. 7. al. Porro ὡς περὶ παῖδας ἡμᾶς i. q. ἡμᾶς ὡς περὶ παῖδας, ordine prope legitimo. De Rep. VIII. p. 545. E: ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας, i. e. πρὸς ἡμᾶς ὡς πρὸς

παῖδας π. Tim. p. 27. B: ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς. Ibid. p. 79. A. Protag. p. 337. E. Euthyphr. p. 2. C. Legg. X. p. 905. B. Alia dabunt Dorvill. ad Chariton. p. 283. 519. Schaefer. Praef. ad Julian. p. XX. et ad Dionys. De Comp. Verb. p. 328.

Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποῖμεθα] Μετρίως σκοπεῖσθαι est quaerere ita ut par est, ut rei convenit, ut res postulat, h. e. bene, recte. Sic μετρίως λέγειν et alia dicuntur, ut Theaet. p. 180. C. De Rep. IV. p. 421. C. VI. p. 484. B. al. conf. ad Apol. p. 39. B. Ceterum haec verba vulgo Critoni tribuuntur, in quem talis quaestio vix convenit. Solent autem apud Platonem colloquentes animandae orationis gratia se ipsi interrogare sibi que statim respondere, ut Gorg. p. 457. E. Protagor. p. 343. B. Plura dabit Heusdinus Specim. crit. p. 87.

τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν —] Ἀναλαμβάνειν est denuo tractare, resumere disputationem. vid. Wytttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 72. et mea ad Philebum p. 33. C. 34.

ἐπειδὴ ὡς ἐγὼ, ἢ ὁ αὐτός, καὶ ἐάσομεν χαίρειν, ἢ πεισόμεθα αὐτῷ. ἐλέγεται δὲ πως, ὡς ἐγῶμαι, ἐκάστοτε ὡς ὑπὸ τῶν οἰομένων τι λέγειν, ὡς περὶ νῦν δὴ ἐγὼ ἐλεγον, ὅτι τῶν δοξῶν, ἃς οἱ ἄνθρωποι δοξάζουσι, δεῖο τὰς μὲν περὶ πολλοῦ ποιῆσθαι, τὰς δὲ μὴ. τοῦτο πρὸς θεῶν, ὦ Κρίτων, οὐ δοκεῖ καλῶς σοι λέγεσθαι; σὺ γάρ, ὅσα γε τὰνθρώπεια, ἐκτός εἰ τοῦ μέλλειν ἀποθνήσκειν αἰθρῶν, καὶ οὐκ ἂν σε παρακρούοι ἢ παροῦσα ξυμφορὰ. σκόπει δὴ· οὐχ ἰκανῶς δοκεῖ σοι λέγεσθαι, ὅτι οὐ πάσας χρῆ τὰς δόξας τῶν ἀνθρώπων τιμᾶν, ἀλλὰ τὰς μὲν, τὰς δ' οὐ;

Euseb. τὰς δόξας τὰς τῶν ἀνθρώπων. quod non opus. Dein haec, οὐδὲ πάντων — τῶν δ' οὐ, desunt in Bodl. Ven. Flor. h. Huet. Par. DS., habet tamen Bodl. in marg.

D. E. Minus accurate Fischerus interpretatur quaerere, cognoscere, videre. Respicitur enim ad ea, quae Socrates superiore tempore de eadem re disputaverat: quam quidem disputationem nunc ait esse resumendam atque denuo tractandam. Nam verba: πότερον καλῶς ἐλέγεται ἐκάστοτε ἢ οὐ, sic intelligenda sunt: utrum, quotiescunque superiore tempore de hac re disputabamus, recte a nobis dictum sit, necne, alias hominum opiniones respiciendas esse, alias non.

ὃν σὺ λέγεις] h. e. quem tu commemoras, videlicet cap. III. et V.

D. νῦν δὲ κατὰ δῆλος ἄρα ἐγένετο] De hac loquendi forma vid. Matth. §. 296. Buttmann. §. 135. 5. Rost. §. 122. S. b. Usum particularum δὲ ἄρα attigimus ad Apologiam Socratis c. XXIII. in.

ἄλλως ἔνεκα λόγου] Dicta sunt haec ἐκ παραλήλου. Nam ἄλλως i. e. temere, sine ratione, explicatur formula ἔνεκα λόγου, dicis causa, de qua v. Heindorf. ad Theaet. p. 191.

C. — ἐπειδὴ ὡς ἐγὼ, postquam veni in periculum vitae. Formula τι λέγειν, opponitur verbo φλυαρεῖν εἰληρεῖν, ac significat: dicere quod non sit vanum aut inane, ut Lat. aliquid dicere.

E. ὅσα γε τὰνθρώπεια] pro rerum humanarum ratione, i. e. quantum quidem ex iis, quae hominibus solent contingere, coniecere licet. — Παρακρούειν Hesychius interpretatur ἐξαπατᾶν, πλανᾶν. Quae significatio fluxit e luctae artificio τοῦ παρακρούειν ἢ ποδὶ ἢ χερσὶ v. Etym. Magn. s. v. et Buttmann. ad Phaedr. p. 353. ed. Heind. sec. Sensus igitur hic est: Te enim praesens calamitas non ita conturbaverit, ut a recta iudicandi ratione abduci te patiaris.

P. 47. οὐχ ἰκανῶς δοκεῖ] Correxerit Hirschig. οὐχὶ καλῶς, quemadmodum antea dicitur: τοῦτο — οὐ δοκεῖ σοι καλῶς λέγεσθαι, et mox: ταῦτ' οὐχὶ καλῶς λέγεται. Sed recte libri. Hoc enim dicit: nonne tibi videtur sic dici, ut facile tibi de huius sententiae veri-

οὐδὲ πάντων, ἀλλὰ τῶν μὲν, τῶν δ' οὐ; τί φῆς; ταῦτα οὐχὶ καλῶς λέγεται; ΚΡ. Καλῶς. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰς μὲν χορηγίας τιμᾶν, τὰς δὲ πονηρὰς μὴ; ΚΡ. Ναί. ΣΩ. Χορηγία δὲ οὐχ αἱ τῶν φρονίμων, πονηραὶ δὲ αἱ τῶν ἀφρόνων; ΚΡ. Πῶς δ' οὐ;

Cap. VII. ΣΩ. Φέρε δὴ, πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο; γυμναζόμενος ἀνὴρ καὶ τοῦτο πράττων πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνω καὶ νόμῳ καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἐνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὢν; ΚΡ. Ἐνὸς μόνου. ΣΩ. Οὐκοῦν φροβείσθαι χρὴ τοὺς νόμους καὶ ἀσπάζεσθαι

Cap. VII. B. καὶ δόξῃ] Hoc om. codd. Vind. 2. Par. BCEH. probante Hirschig. sed v. explic.

ὃς ἂν τυγχάνῃ] Sic Bodl. Vat. Ven. a. b. Ang. Huet. septem Vindob., Flor. b. d. f. h. i. Zitt. pro vulg. τυχάνου. Tub. et pauci alii τυχάνει, quod Fischeri olim probatum hodie ne tirunculus quidem amplectetur.

καὶ ἐδεστέον γε] γε om. Huet.

C. τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν] Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Tub. Flor. d. f. h. Huet. τοὺς τῶν πολλῶν λόγους

tate persuadeas tibi que plane satisfiat. conf. p. 145 E. Mox p. 48. E: εἰάν σοι ἰανῶς λέγῃται; Notetur autem istud τιμᾶν, quod saepe significat colere, respicere, magni aestimare. ita ut oppositum sit verbo ἀτιμάζειν, de quo vide ad Apolog. Socrat. cap. III. Eurip. Iphig. in Taur. v. 54: καὶ γὰρ τέγγῃν τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον, τιμᾶσ', ὑδραῖνον αὐτὸν ὡς θανούμενον κλάουσα. Plat. Gorg. p. 462. D: βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾶς τὸ χαρίζεσθαι, μικρόν τί μοι χαρίζεσθαι; ubi v. Heindorf. Sic mox cap. VII. B.

Cap. VII. B. καὶ τοῦτο πράττων] et hoc agens unice vel data opera. Similiter Xenoph. Hellen. IV. 8, 22: ἀεὶ πρὸς ὃ εἶη ἔργω, τοῦτο ἐπραττεν, quem locum comparavit Buttmanus. Alia ipse congressi ad Menex. p. 244. C: σφέτερον δὲ ἤδη ἔργον εἶναι καταδουλοῦσθαι, ταῦτ' ἐπραττεν.

Demosthen. περὶ συνταξ. p. 171. 28: οἱ πολιτευόμενοι, καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες. Cicer. De Orat. I. 32: quae sua sponte homines facerent, ea quosdam observasse atque id egisse: sc. ut ea observarent. Quae proxime praecedunt: πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο; ea hoc modo intelligenda sunt: rectene an secusne dicebantur? Refertur autem etiam hoc loco tempus imperfectum ad sermones de eadem re superiore vitae tempore institutos.

καὶ δόξῃ] denique (omnino) opinioni, quod est generalius; v. ad Gorg. p. 490. C. Phaedon. 66. C.

ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὢν;] Hoc dicit: an solam illius sententiam audiet et respiciet, qui sit magister exercitiorum ac vivendi praescribat rationem. Certum est scribendum fuisse τυχάνῃ. Fallitur enim

τοὺς ἐπαίνους τοὺς τοῦ ἐνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν. ΚΡ. Ἀἴα δὴ. ΣΩ. Ταῦτη ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον, ἢ ἂν τῷ ἐνὶ δοξῇ τῷ ἐπιστάτῃ καὶ ἐπαύοντι μᾶλλον ἢ ἢ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. ΚΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Εἴεν. ἀπειθήσας δὲ τῷ ἐνὶ καὶ ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν καὶ μηδὲν ἐπαύοντων ἄρα οὐδὲν κακὸν πείσεται; ΚΣ. Πῶς γὰρ οὐ; ΣΩ. Τί δ' ἔστι τὸ κακὸν τοῦτο; καὶ ποῦ τείνει, καὶ εἰς τί τῶν τοῦ ἀπειθοῦντος; ΚΡ. Ἀἴα, ὅτι εἰς τὸ σῶμα τοῦτο γὰρ διόλλυσιν. ΣΩ.

καὶ τ. λ. quod redolet glossema. Dederunt tamen Turicenses, unicus inclusit Hermann.

τὸ κακὸν τοῦτο;] τὸ accessit e Bodl. Ven. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. f. h. Huet. Par. DS.

Ἀἴα, ὅτι εἰς τὸ σ.] Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. f. h. Huet. Par. DS. locum sic scriptum exhibent: — ἀπειθοῦντος; ἢ δῆλον ὅτι — διολλ. Crit. Καλῶς λέγεις. Socr. Οὐκοῦν καὶ κτλ. Mox Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. διολλέει, quam formam Porsonus ad Med. p. 455. tragicis,

Fischerus, qui vulgatam lectionem ὃς ἂν τυγχάνῃ, quae plane soloeca est, defendere studuit; falluntur etiam qui optativum τυχάνου suscepunt, qui sententiam hanc efficeret: an illius audiet sententiam quicumque sit magister exercitiorum et medicus. Creberrime vero in re gymnastica ὁ ἰατρὸς, et ὁ παιδοτρίβης consociantur, ut Gorg. p. 452. A. 456. E. 504. A. Protag. p. 318. D. 326. B. C. al. Etenim intelligitur ἰατρὸς, qui praescribat futuris athleticis omnibusque iis, qui corporis exercitationibus utebantur (τοῖς γυμναζομένοις), rationem victus, ut intelligitur e Xenoph. Mem. II. 1, 25 et aliis locis. Eo referenda sunt verba ἐδεστέον γε καὶ ποτέον. — παιδοτρίβης autem est magister palaestrae, qui docebat adolescentes artem luctandi aliaque similia ideoque nosse debebat, quid cui-

que pro corporis sui valetudine atque robore virium agendum et exercendum esset. Eo referenda videntur verba τί πρακτέον καὶ γυμναστέον. Rem uberius illustrarunt Perizon, ad Aelian. V. H. II. 6. Fabricius ad Sext. Empir. p. 535. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 969. Ceterum vocula γέ in plurium rerum enumeratione extollit notionem vocabuli, cui additur, ut hoc dicitur: ἀδεστέον edendum et potandum; v. ad Apol. Socr. p. 34. D.

ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν δόξαν] Expectabas αὐτοῦ τοὺς νόμους καὶ τοὺς ἐπαίνους, quod Hirschig. audacter de coniectura edidit. Sed leniter auctor τὴν δόξαν propter insequens τιμήσας dixit. Nisi forte legendum est: αὐτοῦ τὴν δόξαν καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς ἐπαίνους, quod melius convenit superioribus. Verbum ἀτιμάζειν est pro levi du-

Καλῶς λέγεις. οὐκοῦν καὶ τὰλλα, ὧ Κρίτων, οὕτως, ἵνα μὴ πάντα δίδωμεν. καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ αἰσχροῶν καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, περὶ ὧν νῦν ἡ βουλή ἡμῖν ἐστίν, πότερον τῆ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἔπεισθαι καὶ φοβεῖσθαι ταύτην, ἢ τῆ τοῦ ἑνός, εἴ τις ἐστὶν ἐπαίων, ὃν δεῖ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξυμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγι-

et Bastius Epist. crit. p. 136. omnibus omnino Atticis abiudicavit; sed vid. Buttmann. Gr. T. I. p. 525. et Schh[e]id. ad Rempubl. T. II. p. 250. quibus adstipulantes Turr. διόλλυται ediderunt. Sed vulgatam tuentur reliqui codd. cum Bodleio.

καὶ αἰσχροῶν καὶ καλῶν] Ordinem verborum chiasmo excusabilem Hirschig. invitis libris mss. sic mutavit: καὶ καλῶν καὶ αἰσχροῶν.

D. καὶ φοβεῖσθαι ταύτην] Sic Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. f. Par. BC. Huet. pro vulg. αὐτήν.

cere, nihili aestimare, ut Soph. Oed. Col. 1378: ἵνα — μὴ ἐξαιμάξῃτον, εἰ τῷ φλοῦ πατρὸς τοῦδ' ἴφριον, ut non leve esse putetis, si coeci patris tales (tam impii) estis filii.

D. ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον — ἀπόλλυτο] In his verbis miramur Buttmannum adeo offendisse, ut rationem horum imperfectorum ullo modo reddi posse desperaret ideoque e Theodoretu, qui hunc locum exscripsit Curr. Affect. Graec. II. p. 27, legendum putaret ἐγένετο — ἀπόλλετο, ita ut aoristus indicaret id, quod fieri solet. At neque haec aoristi vis et significatio in hunc locum convenit, neque apud Theodoretum ἀπόλλετο legitur, sed ἀπόλλνται, quod a Buttmanno violenter mutatum est; neque verum putamus, quod vir egregius ait, horum imperfectorum non posse reddi rationem idoneam. Quid enim? Cum antea tempore imperfecto usus sit Socrates, ubi

